Filio nostro Ferdinando Hispaniarum Regi Catholico = Benedictus P.P. XIV. = Charissime in Christo Fili noster, salutem, & Apostolicam benedictionem. = QUEMADMODUM commendatissimum Catholicorum Hispaniarum Regum Antecessorum tuorum, pro Sacrosancta Religione, Orthodoxaque Fide ubique Terrarum conservanda, promovendaque, studium, Prædecessores nostri Romani Pontifices præcipuis Apostolicæ benignitatis, auctoritatisque privilegiis, indultis, & favoribus compensare studuerunt: Ita Nos, quibus, magna cum paterni cordis lætitia, compertum est, atque exploratum Majestatem tuam alacri, Regioque animo adniti, ut non solum præclara eorundem Catholicorum Regum exemplæ emuleris, verum etiam eximias, christianisque virtutibus tuis superes, & incredibili cum Regii nominis tui laude, magis, magisque illustres, majoribus quoque Pontificiæ charitatis, potestatisque nostræ documentis cumulare satagimus, in his præsertim, per quæ Divinus cultus augeri, & Ministrorum Ecclesiasticorum Capelle tuæ Regiæ servitio adscriptorum status ad Dei gloriam tranquillè, & rectè dirigi, & gubernari valeat. ITAQUE vestigiis eorundem Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum inherentes, ac supplicationibus Majestatis tuæ nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Capellam tuam Regiam, cujus Venerabilis Frater modernus, & pro tempore existens Archiepiscopus Compostellanus ex Indulto Apostolico, aut antiqua, & immemorabili, ac usque observata consuetudine Capellanus Major existit, & cui Cura Regiæ familiæ, Consanguineorum, Affiniumque tuorum, ac omnium Personarum in Curia tua negotiis consulentium, & commorantium, ipsamque Curiam sequentium incumbit, in Parochialem Ec-

I.
Exordium, causa impulsiva, & motiva hujus concessionis,

II.
Eratio Regiæ Capelle in Ecclesiâ Parochialem.

Ecclesiam cum omnibus, & singulis juribus, privilegiis, gratiis, prerogativis, & honoribus, quibus alie Parochiales Ecclesie jam dudum, & ab antiquo tempore erecte, & abique existentes tam de jure, usu, & consuetudine, quam aliis quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere potuerunt, & debuerunt, seu uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, auctoritate Apostolica tenore presentium erigimus. **IPSIQUE** Regie Capelle, sic in Parochialem Ecclesiam erecte, particulare, & separatum Territorium, nempe totum ambitum, seu tuto il circondario Palatii Regii, in quo Majestas tua commoratur, tuaque familia Regia habitat, dictique Palatii Officinas, & Domus Palatii prefato vicinas, adhaerentesque, seu adjacentes à Venerabili Fratrem Henrico Archiepiscopo Nazianzeno nostro, & Apostolica Sedis in eisdem Hispaniarum Regnis Nuncio, ad evitandas, & de medio auferendas quascumque lites, que in premissis inter Rectores aliarum Parochialium Ecclesiarum, & Capellanum Majorem oriri possunt in album describendas, declarandasque, que, & quot esse debeant; Insuper omnia, & singula Palatia, in quibus pro tempore existentes dictarum Hispaniarum Reges Catholici ubique intra limites ipsorum Hispaniarum Regnorum existentia, habitare, aut commorari, & hospitare possunt; Palatia quoque, in quibus dictarum Hispaniarum Regine Vidue, Asturie Princeps, & Hispaniarum Infantes habitare, & commorari; ac demum cetera loca in quibus ipsarum Hispaniarum Reges, Domus, & Palatia pro sua, suaque familia habitatione habere solent, & poterunt; omnesque Ecclesias, & Capellas Palatii, Domibusque Regiis hujusmodi

an-

III.

Constitutio, & assignatio proprii, & separati Territorii ejusdem Regie Capelle,

*annexas, & connexas, & in illis existentes; necnon
 Hospitale vulgò della Corte nuncupatum, seu
 Buon Successo; aliudque Hospitale Regiam Ara-
 gonie Montis Serrati; alteram sub invocatione
 Sancti Andreæ nationis Belgicæ, seu Belgicorum,
 vulgò de Fiammenchi; & reliquum S. Aloysii,
 seu Ludovici nationis Gallicæ, seu de Francis, ac
 Conventum S. Elisabethæ, una cum Collegio Puel-
 larum Educandarum, ipsi Conventui annexo, &
 aggregato; demum Collegium Educandarum B.
 Mariæ Virginis Lauretanæ nuncupatum; omnes-
 que, & singulas Personas in dictis Hospitalibus,
 Conventu, & Collegiis pro tempore existentes, ac
 illorum servitio addictas, auctoritate, & tenore
 præfatis constituimus, & assignamus. IPSUM-
 QUE modernum, & pro tempore existentem Ar-
 chiepiscopum Compostellanum, tamquam Capella-
 num Majorem, in Rectorem perpetuum, & Admi-
 nistratorem Parochialis Ecclesiæ prædictæ, seu me-
 moratæ Regiæ Capelle, in Parochialem Ecclesiam,
 sic, ut præmittitur, erectæ, tamquam verum, rea-
 lem, & actualem Ordinarium, Rectorem, & Ad-
 ministratorem, separatim, & particulare in Pala-
 tiis, Domibus, Hospitalibus, Collegiis, & Conven-
 tibus hujusmodi Territorium VERE NULLIUS
 habentem cum omnimoda facultate, & privativa
 jurisdictione Episcopali, seu quasi Episcopali in
 Ecclesiam, Territorium, & subditos hujusmodi,
 auctoritate, & tenore prædictis assignamus, &
 deputamus; Ac ipsi Capellano Majori, seu Recto-
 ri, & Administratori nunc, & pro tempore exis-
 tenti dictæ Parochialis Ecclesiæ, seu Capelle Regiæ,
 in Parochialem Ecclesiam, sic, ut præmittitur,
 erectæ, ac dicti separati, & particularis Terri-
 torii Curam, regimen, & administrationem Ani-
 ma-*

IV.
 Assignatio, & de-
 putatio Archiepis-
 copi Compostella-
 ni in Rectorem,
 & Administratorem
 perpetuum Regiæ
 Capelle, seu Paro-
 chialis Ecclesiæ hu-
 jusmodi.

³
 marum Parochianorum, & subditorum à Pavo-
 chiali Ecclesia hujusmodi dependentium, auctorita-
 te, & tenore præfatis committimus, & manda-
 mus. ET ne lites, controversiæ, & dissidia su-
 per administratione Sacramentorum, aliorumque
 jurium ad Parochos, seu Rectores Parochialium
 Ecclesiarum spectantium, inter Capellanum Ma-
 jorem, seu Rectorem, & Administratorem Regiæ
 Capelle prædictæ, in Parochialem Ecclesiam erec-
 tæ, & ceteros Parochos, seu Rectores aliarum
 Parochialium Ecclesiarum oriantur, & jurisdic-
 tio ad quemlibet eorum de jure spectans confun-
 datur, auctoritate, & tenore hujusmodi volumus;
 præcipimus, & mandamus, ut Parochiani dictæ
 novæ Parochialis Ecclesiæ, ac præscripti, & vo-
 liti Territorii separati, in quibus Capellanus Ma-
 jor, seu Rector, & Administrator hujusmodi Pa-
 rochialis Ecclesiæ omnimodam jurisdictionem pri-
 vativam Episcopalem, seu quasi Episcopalem exer-
 cere, & explere, ac Curam Animarum habere,
 omniaque Ecclesiastica Sacramenta administrare
 possit, & Pastor Animarum suarum existat, in-
 telligantur, ac sint, & esse debeant Rex, & Re-
 gina, omnesque Personæ Regiæ, Principes, & In-
 santes Hispaniarum utriusque sexus, ceterique
 Principes Sanguinis (vulgò ut dicitur) si fore, &
 esse contigerit; omnesque Domestici, & Familia-
 res, Domini que Regiæ hujusmodi inservientes, &
 famulatum præstantes, & ratione eorum servitii
 ab Arario Regio stipendium, & salarium perci-
 pientes, in albo vulgò Ruolo, & Catalogo ab ipso
 Henrico Archiepiscopo, & Nuncio juxta descrip-
 tionem à Contrallor Grefier Generali vulgò nun-
 cupato, aliisque Regii Palatii Ministris facien-
 dam, describendi; necnon omnes Domestici, & Fa-

V.

Declaratio Pavo-
 chianorum Regiæ
 Capelle, seu dictæ
 Ecclesiæ Parochia-
 lis,

B

mi.

*miliares Palatiorum Regine Vidue, & Infantium Hispaniarum; ceterique Ministri, & Curiales, nempè ij, qui Regem, & Curiam sequuntur, quando Majestas tua, seu Successores tui pro tempore existentes Hispaniarum Reges, iter facit, seu facient extra Oppidum Matriti; omnesque Habitatores Palatiorum Regiorum, ac in illis quocumque modo, causa, ratione, & occasione, etiam moræ apud Consanguineos, & Affines, qui famulatum dicto Regi præstant, seu addicti sunt seruitio, vel negotiorum, aut studiorum causa moram trabentes, & commorantes, seu Domus, & Apothecas Palatiis Regiis adherentes Locatores. ET quia modernus, & pro tempore existens Archiepiscopus Compostellanus, Capellanus Major, seu Rector, & Administrator Regie Capelle, & Parochialis Ecclesie prædictæ, universo Gregi Civitatis, & Diocesis Compostellane sibi commisso, attendere, & ministerium, sibi demandatum explere debet, ne Cura, & administratio Parochialis Ecclesie hujusmodi, & Subditorum illi annexorum aliqua in spiritualibus, & temporalibus detrimenta patiantur, eidem Majestati tuæ, ac Successoribus tuis pro tempore existentibus earundem Hispaniarum Regibus Catholicis, ut in locum dicti Archiepiscopi Compostellani, Capellani Majoris, ac Rectoris, & Administratoris Regie Capelle, seu Parochialis Ecclesie hujusmodi, quamcumque Personam Ecclesiasticam, Majestati tuæ, ac Regibus successoribus prædictis beneficium, in Pro-Capellanium Majorem nominare, & eligere possit; quæ quidem Persona à Majestate tua, & successoribus prædictis in Pro-Capellanium Majorem electa, & nominata, tam absente, quàm præsentem Archiepiscopo Compostellano Capellano Majori prædicto, ju-
 rif-*

VI.

Facultas Regibus concessa nominandi, & eligendi Pro-Capellanium Majorem, in locum Archiepiscopi Compostellani, ad exercitium omnimodæ jurisdictionis, & auctoritatis ipsius in Regia Capella, sub certis conditionibus,

4

jurisdictionem illi demandatam in omnibus, & per omnia, perinde ac si sibi attributam exercere, omnibusque, & singulis privilegiis, prerogativis, gratiis, indultis, facultatibus, auctoritate, & jurisdictione eidem Archiepiscopo Compostellano, tamquam Capellano Majori, à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris aliàs concessis, attributis, & competentibus uti liberè, & licitè valeat, absque ullo tamen præjudicio facultatum, & auctoritatis ad ipsum Archiepiscopum Compostellanum, tamquam Capellanum Majorem, de jure, usu, & consuetudine spectantium, & pertinentium; Qui quidem Archiepiscopus Capellanus Major, si contingat eum eodem in loco esse, in quo Majestas tua, seu Successores tui prædicti erit, & erunt, minimè impediatur, quominus jure proprio, ac immediatè jurisdictionem sibi competentem (accedente semper Majestatis tue, & Successorum Regum assensu) exercere valeat, sed cum Regio jussu, & regimine, ut tam Capellanus Major, quam Pro-Capellanus hujusmodi jurisdictionem sibi competentem exercere debeant, ne perturbatio, & confusio, & lites, prout oriri possent, orientur, plenam, liberam, & omnimodam facultatem, auctoritate, & tenore prædictis, tribuimus, & impertimur: ea tamen lege, & conditione, ut Pro-Capellanus Major à Majestate tua, seu à Regibus Successoribus tuis pro tempore vigore præsentium nominandus, eligendusque à quocumque Ordinario minimè approbari debeat, prout per quasdam felicis recordationis Clementis Papæ XI. Prædecessoris nostri in simili forma Brevis die XXIII. Julii M.D.CCXVI. expeditas Litteras cantum, præscriptumque reperitur: Quas quidem Litteras, quoad hanc partem, dispositionem, & tenorem, per præsentem revocamus,

mus, cassamus, & annullamus; sed tantummodo dictus Pro-Capellanus Major per Majestatem tuam, seu Reges Successores eligendus, & nominandus, secuta de sui Persona electione, Fidei Professionem in manibus dicti Henrici Archiepiscopi moderni, & pro tempore existentis earundem Hispaniarum Nuncii, illoque absente, moderni, & pro tempore existentis Inquisitoris Generalis eorumdem Hispaniarum Regnorum, seu alterius Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ emittere possit, & omnino teneatur. Ac ipsi Pro-Capellano Majori liceat, emissa Fidei Professione hujusmodi, statim munus sibi demandatum, & jurisdictionem sibi vigore muneris prædicti competentem exercere. Quodque tam Capellanus Major, quàm Pro-Capellanus hujusmodi omnimodam jurisdictionem Ordinariam Episcopalem, seu quasi Episcopalem in Ecclesiam, Territorium, & Personas ab illis dependentes expleat sub infra scriptis conditionibus, nempe: PRIMO: Licet Familiars, Capellani, & quicumque Domestici in Albo, seu Ruolo per dictum Henricum Archiepiscopum, & Nuncium descripti servitio Majestatis tuæ, & Regum successorum tuorum, Reginae Viduæ, Principis Asturicæ, & Hispaniarum Infantium, sint veri Subditi Capellani Majoris, & à propriis Episcopis, aliorumque Locorum Ordinariis exempti quoad personas; nihilominus ij eisdem Episcopis, & Ordinariis immediatè subiecti remaneant, ac esse debeant, & intelligantur tam ratione Beneficiorum Ecclesiasticorum, per eos in quacumque Civitate, & Diocesi obtentorum, & pro tempore obtinendorum, quam quacumque ex causa, & titulo, qui evenire possunt, servata in omnibus forma, quam ceteri Episcopi, Archiepiscopi, aliique Locorum

Or-

VII.

Una ex prædictis conditionibus, nempe; quod licet Familiars, Capellani, & ceteri Subditi Capellani Majoris sine verè exempti quoad personas à quibuscunque Episcopis, & Locorum Ordinariis, quoad Beneficia tamen ab ipsis obtenta, & obtinenda eisdem respectivè subiecti remaneant.

5

Ordinarii in propria Diœcesi existentes in cognitione causarum suorum subditorum servare solentis nempe, cognoscendi, & decidendi causas suorum subditorum ab eis in proprio Foro, seu Curia Episcopali motas, ita ut, si Subditi hujusmodi conventi fuerint coram alio Judice, & inibi causa pendet, seu tamquam Actores coram altero Judice Causam jam introduxerint, judicium coram altero Judice hujusmodi inchoatum, in totum absolvi debeat.

SECUNDO: ut Principes Sanguinis, ac tota Familia Regia, necnon Curiales, ceterique Familiares, & Subditi, sicut præmittitur, in Albo, seu Ruolo descripti, in Curia existentes, ac tam Palatiis prædictis, quam extra illa habitantes, Pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramenta in quibusvis Ecclesiis, extra Territorium separatam hujusmodi, absque diœci Capellani Majoris, seu Pro-Capellani Majoris licentia (exceptis tamen Ecclesiæ Sacramentis tempore uniuscujusque eorum infirmitatis, & Præcepto Paschali, que quidem Sacramenta à Capellano Majori, seu Pro-Capellano Majori hujusmodi, aut ab alio Sacerdote ab altero ex eis eligendo, & deputando sumenda sint) sumere valeant. Si verò Curiales, & Subditi prædicti extra Curiam fuerint, & habitaverint, tunc omnimoda Sacramentorum hujusmodi administratio ad Parochum cujuscumque Loci, in quo ipsi erunt, spectabit; excepto tamen casu Matrimonii, quo casu, si Curiales, & Subditi prædicti in Curia, vel extra eam existerint, illorum Matrimonia juxta præscriptum per Concilium Tridentinum contrahi debeant. IPSI autem Capellano Majori, seu Pro-Capellano Majori, ut præmittitur, deputando omnes, & singulas lites, & causas civiles, criminales, & mixtas, Beneficiales, & Matrimoniales,

VIII.

Alteræ conditio, qua modus, & forma administrandi Sacramenta Ecclesiastica Subditis, & Parochianis Regiæ Capellæ præscribitur.

IX.

Innovatio, & extensio variorum statutorum à Romanis Pontificibus Gregorio XV. & Clementi,

C

mente XI. Capellani Majoribus Regiæ Capellæ concessarum, quorum prima: Cognoscendi de omnibus causis suorum Subditorum.

X.

Secunda: Nominandi, & eligendi Concionatores, necnon examinandi, & approbandi Christi Fidelium Confessarios.

XI.

Tertia: Celebrandi, seu celebrari facendi Missas, & alias Ecclesiasticas functiones, in illis precedendi, & suam jurisdictionem exercendi supra Subditos in quocumque Loco ubi Rex, & Curia Regia pro tempore extiterit.

XII.

Quarta: Concedendi licentiam pro Sacramentorum electione

les, & ad Immunitatem Ecclesiasticam spectantes, & pertinentes, inter quascumque Personas seruitio Capellæ Regiæ, seu Parochialis Ecclesiæ hujusmodi addictas, ac in Regiis Palatiis, illorumque Officiis, & Domibus adjacentibus, ac in toto Territorio separato, & in Locis supra expressis, & descriptis existentes, & commorantes, motas, & movendas summarie, simpliciter, & de plano audiendi, & cognoscendi, sineque debito secundum justitiam terminandi, & decidendi. CONCIONATORES, etiam cujusvis Ordinis Regulares, pro seruitio Regiæ, & Capellæ Regiæ, seu Parochialis Ecclesiæ hujusmodi, eligendi, & deputandi; dictosque Regulares, obtenta prius ab eorum Superioribus licentia, ad excipiendas Sacramentales Subditorum suorum Christi Fidelium Confessiones, examinandi, & approbandi. ITIDEM non solum intra limites Territorii separati hujusmodi sibi assignati, & ut præmittitur, descripti, verum etiam in quocumque alio Loco cujuscumque Diocesis, per quem Majestas tua, & Reges Successores præfati, ac Curia Regia iter facere, aut transire, vel manere contingat, in quocumque Ecclesiæ, per ipsum Capellanum Majorem, seu Pro-Capellanum Majorem eligenda, licet Ecclesiæ sic electa cuicumque Episcopo, & Ordinario Loci immediate subiecta sit, Sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrandi, seu celebrari facendi, cæterisque Ecclesiasticis functionibus privative præcedendi, ac in illis supra quoscumque suos Subditos omnimodam jurisdictionem sibi competentem, etiam extra proprium Territorium existat, exercendi. QUIBUSVIS Presbyteris suis Subditis, vel non Subditis, per eum prius examinatis, & idoneis reperiis, ut Sacramentales Christi Fidelium,

lium, nempe suorum Subditorum dumtaxat, Confessiones excipere, verbum Dei predicare, Matrimonia contrahere, ac solis Subditis, Curialibus, & in Locis supra descriptis habitantibus, & servitio Regio addictis, ut ipsi in Ecclesia predicta Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum tempore Paschali pro adimplemento præcepti, sumere valeant, licentiam concedendi. IPSIQUE Pro-Capellano Majori, si contingat cum in Episcopali Dignitate constitutum esse, Pontificalia exercendi. CUBICULARIOS, ad Honores Capellanos, Concionatores, Musicos, Cantores, ac Capelle Regiæ, seu dicte sue Parochialis Ecclesiæ inservientes, & Ministros, aliosque servitio Majestatis tue, Regiæque Familiæ addictos, ac Palatiorum predictorum Habitatores, quoscumque alios Subditos sibi assignatos, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure (non tamen ab homine, & in Litteris die Cœnæ Domini legi consuetis, contentis) quavis occasione, vel causa latis, si qui forsan quomodolibet innodati existunt, ac à quacumque Irregularitate dispensandi, illosque, imposita aliqua pœnitentia salvari, absolvendi, eodem modo, quo Episcopi in propria Diœcesi dispensare, & absolvere possunt, juxta præscriptum per Concilium Tridentinum. QUÆCUMQUE Subditorum suorum Testamenta, Codicillos, Legata pia, piæque Dispositiones, Capellanas, illarumque Foundationes examinandi: Confraternitates, Congregationes, & quæcumque Opera, seu Instituta pia in Ecclesiis sui Territorii separati, & assignati fundata, & erecta, seu fundanda, & erigenda (non tamen Collegia, Hospitalia, & Conventus extra Loca sue jurisdictionis,

clesiasticorum administratione, & receptione.

XIII.

Quinta: Pontificalia exercendi.

XIV.

Sexta: Impetrandi suis Subditis absolutionem à Censuris, & dispensandi super Irregularitate.

XV.

Septima: Testamenta examinandi, omniaque Opera, & Loca pia visitandi.



XVI.

Octava: Cujusvis generis, vel speciei Edicta affigendi, & publicandi.

XVII.

Nona: Ordines celebrandi, necnon Litteras Dimissoriales, & Testimoniales respectivè admittendi, & concedendi.

XVIII.

Decima: Exercendi, & peragendi omnes functiones, & actus Episcopales in qualibet Ecclesia, ubi Rex cum Regia Capella assidere intendat.

nis, existentiaque sub Regia protectione, nisi tamen quoad illa sub protectione prædicta existentia consensus Regius, aut Regia delegatio accedat) visitandi. **EDICTA** cujusvis generis, vel speciei ad gubernium Ecclesiasticum suorum Subditorum spectantia, Indulgentiasque etiam continentia publicandi, & affigendi, seu publicari, & affigi faciendi. **SUBDITOS** suos cujuscumque status cum Litteris Dimissorialibus suorum Ordinariorum, servata tamen forma, & dispositione Constitutionis felic. record. Innocentii P.P. XII. Prædecessoris itidem nostri, quæ incipit, Speculatores: ac alios non Subditos cum Litteris Dimissorialibus suorum respectivè Ordinariorum, si contingat ipsum Pro-Capellanum Majorem in Episcopali Dignitate constitutum esse, tam in Regia Capella, seu Parochiali Ecclesia hujusmodi, aut alia intra limites jurisdictionis suæ, seu dicti separati, & assignati Territorii existenti Ecclesia, ad Clericalem Characterem, Minores, & Sacros, etiam Presbyteratus Ordines, servatis servandis, promovendi; & si præfatus Capellanus Major in Episcopali Dignitate minimè constitutus fuerit, suis Subditis prædictis, ut à quocumque, quem maluerint, Catholico Antistite gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ habente, & in propria Diocesi residente, ad dictos Ordines se promoveri facere possint, Dimissoriales, Testimonialesque Litteras concedendi. **OMNESQUE** functiones, & actus, quos Episcopi in propriis respectivè Ecclesiis sibi subjeclis peragi solent, quotiès Majestas tua, seu Reges Successores præfati ad quamcumque Cathedralem, Collegiatam, Parochialem, & Monasterialem Ecclesiam accedat, & inibi cum Regia Capella quibusvis functionibus peragendis

of-

7
 assistere intendat, etiam si subinde Majestas tua, seu Reges Successores præfati aliquo legitimo impedimento detenta, seu detenti minimè accedat, & intersit, seu accedant, & intersint, similiter exercendi, & peragendi. ET quatenus ipse Pro-Capellanus Major legitime impeditus fuerit, quominus per seipsum munus sibi demandatum explere possit, nec Majestatem tuam, minusque Reges Successores præfatos in Itineribus pro tempore faciendis associari, vel comitari valeat, aliam Ecclesiasticam Personam, que suas vices gerere, ac præmissas facultates agere, manusque sibi demandatum cum simili potestate, & jurisdictione supra Personas sibi subditas, durantibus Itineribus, ac accessu, & regressu exercere, & explere valeat, subdelegandi. MATRIMONIIS pro tempore in quibusvis Ecclesiis, & Locis, tam inter subditas, & non subditas Personas, in præsentia Majestatis tue, & dictorum Regum Successorum dumtaxat habendis, assistendi, & interessendi. NEQNON omnimodam jurisdictionem sibi competentem in quibusvis Domibus, in quibus Majestas tua, seu Reges Successores præfati habitabit, seu habitabunt, egrediens verò Majestas tua, seu Reges Successores prædicti egredientes à Curia, & Civitate, & iter agens, seu agentes per Civitates, & Loca Regnorum præfatorum, seu Domini temporalis eidem Majestati tue, Regibusque Successoribus prædictis subiectis, ac in illis moram trahens, seu trahentes, seu etiam transiens, & transeuntes, jurisdictionem prædictam supra cas Personas, que Curiam prædictam prosequantur exercendi; & si ipse Capellanus Major, seu Pro-Capellanus Major Majestatem tuam, Regesque præfatos minimè associaverit, aut aliqua legitima

XIX.

Undecima: Subdelegandi suam auctoritatem, & jurisdictionem, si ipse Pro-Capellanus Major impeditus sit, aut associari non possit Regem in Itineribus.

XX.

Duodecima: Assistendi, & interessendi in præsentia Regum quibuscumque Matrimonii, in quibusvis Ecclesiis, inter Subditos, vel non Subditos contrahendis.

XXI.

Decimatercia: Jurisdictionem exercendi in Domibus, in quibus Reges occasione itineris habitaverint, & supra omnes Personas Curiam sequentes; necnon dictam jurisdictionem subdelegandi, si ipse Pro-Capellanus Major impeditus, aut absens fuerit.

D

XXII.

Decimaquarta: Eligendi, & destinandi, tempore Interdicti, alteram ex Ecclesiis, etiam Interdicto supposita, ut in ea pro Regis, & Curia servitio, & commoditate, Missæ, & alia Divina Officia celebrentur, atque Cadavera Subditorum sepeliantur.


causa detentus, à Curia prædicta absens fuerit, subdelegandi specialiter pro exercitio sue jurisdictionis, & ad explendas suas vices eam Personam, seu Capellanum, quæ, & qui à Majestate tua, seu Regibus Successoribus præfatis nominata fuerit; ac intelligatur, & intelligi debeat ipsa facultas subdelegandi, etiam quoad Personas Regias supradictas, nempe Principes, & Principissas Asturiae, ac Infantes prædictos, quotiescumque ipsi iter agunt, seu alter eorum iter agere debebit. **INSUPER** occasione diei Itineris per Majestatem tuam, Regesque Successores prædictos faciendi per Loca extra Territorium Capellano Majori assignata, in quibus aliqua Ecclesia sue jurisdictioni subiecta minimè existat, & eo tempore Interdictum Ecclesiasticum ab Ordinario Loci publicari necesse sit, Pro-Capellano Majori, seu Capellano Majori alteram ex Ecclesiis diei Loci, pro eo tempore quo Majestas tua, seu Reges Successores præfati ibi moram trahit, seu trahunt, eligendi, & declarandi, ac destinandi; Quæ quidem Ecclesia per Pro-Capellannum Majorem prædictum ea occasione eligenda, Interdicto hujusmodi intereà temporis subiecta minimè sit, nec intelligatur, ac in ea Missæ, aliaque Divina Officia (non autem per Presbyteros diei Loci Interdicto Ecclesiastico subiecti) celebrari, & haberi, & eveniente casu obitus Subditorum ejusdem Pro-Capellani Majoris, illorum Cadavera insepleri possit; & in casu diei Itineris Majestas tua, seu Reges Successores prædicti per aliquem Locum, in quo Interdictum Ecclesiasticum jam promulgatum fuerit transire, seu in eo moram trahere oportet, si eo in Loco aliqua Ecclesia eidem Pro-Capellano Majori subiecta fuerit, quæ ob illius exemptionem,

sub

sub Interdicto Ecclesiastico ab Ordinario Loci promulgato comprehendi minimè debet, in ea Missæ, & Divina Officia pro servitio Majestatis tuæ, Regumque Successorum, & Curie hujusmodi, non obstante Interdicto publicato, habeantur; & si in eodem Loco aliqua Ecclesia immediata jurisdictionis dicti Capellani Majoris minimè sit, tunc Capellanus Major, seu Pro-Capellanus Major, aut aliqua alia Persona Ecclesiastica, ut præfertur, subdelegata, & deputata Ecclesiam Majestati tuæ, Regibusque prædictis benevisam, etiam sub Interdicto Ecclesiastico comprehensam, in qua Missæ, & Divina Officia præfata pro Majestatis tuæ, Regumque Successorum prædictorum, & Curie Regiæ hujusmodi spirituali consolatione, commoditate, & servitio celebrabuntur, & celebrari possint, deputandi; Quod quidem Interdictum, durante Majestatis tuæ Regumque Successorum hujusmodi in dicto Loco mora, suspensum intelligatur, & pro suspenso habeatur, quoad omnes Personas Majestatem tuam, Regesque Successores comitantes, servitioque Regio addictas. PRO-CAPELLANO Majori prædicto, in Episcopali Dignitate constituto, omnibus, & singulis utriusque sexus Christi Fidelibus, qui Missæ Sacrificio, ac Concionibus in Capella Regia, seu ejusmodi Parochiali Ecclesia, seu in quibusvis aliis Ecclesiis supra dictis, per eum, ut præfertur, eligendis, Majestatem tuam Regibusque prædictis, ac Regina Hispaniarum pro tempore existente, necnon Principe, & Principissa Asturicæ, Infantibusque Hispaniarum ex Rege Dominante natis, præsentibus, pro tempore habendis interfuerint, Indulgentiam Ducentorum dierum de injunctis eis, seu aliàs quomodolibet debitis penitentiis in forma Ecclesiæ consecut-

XXIII.

Decianquinta: Cõcedendi Indulgentiam Ducentorum dierum omnibus, & singulis Missæ Sacrificio, & Concionibus in Regia Capella, seu alia Ecclesia in præsentia Regis, aut alterius Regiæ Personæ interuentibus,



XXIV.

Decimafexta: Casus quoscunque reservandi.

XXV.

Decimaseptima: Exercendi Curam Animarum, suamque jurisdictionem, & auctoritatem supra omnes Subditos, tam ex propriis, quam extraneis Dominis originem trahentes, sicut Archiepiscopi, & Episcopi in suis respectivè Diocessibus.

sucta relaxandi, & publicandi. CASUS quoscunque, qui à nemine nisi à Confessariis ab ipso Capellano Majori, seu Pro-Capellano Majori ad excipiendas Christi Fidelium Sacramentales Confessiones approbatis, absolvi possint, attento, quod casus ab Episcopis in propria uniuscujusque Diocesi reservatos, non tenetur ipse Capellanus Major, seu Pro-Capellanus Major hujusmodi in Locis sui Territorii separati, & assignati hujusmodi pro reservatis habere, reservandi. CURAM Animarum omnium suorum Subditorum, sicut premititur, nel Ruolo descriptorum, tam ex Hispaniarum Regnis, & Dominiis originem trahentium, quam extraneorum, ac in Locis sue jurisdictionis, ac in Territorio separato, assignatoque cujuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis, ac preheminentie existentium, tam Ecclesiasticorum, quam Sæcularium (Archiepiscopi, & Episcopi exceptis) exercendi; earumque Rector nuncupandi, easque corrigendi, & visitandi; ac in eisdem Subditos omnimodam jurisdictionem Ordinariam exercendi; necnon omnia, & singula alia, que Archiepiscopi, & Episcopi, ac alii Locorum Ordinarii in Diocessibus, ac in proprio, particulari, & separato Territorio, tam de jure, usu, & consuetudine, quam aliàs quomodolibet, facere, & exercere solent, & consueverunt, ac poterunt in futurum pari modo, & absque ulla prorsus differentia faciendi, gerendi, exercendi, & exequendi, plenam, liberam, & omnimodam facultatem, & auctoritatem harum tenere concedimus, tribuimus, & impertimur, prout aliàs felic. record. Gregorius XV. & Clemens XI. Romani Pontifices, Pædecessores nostri, per suas respectivè in simili forma Brevis expeditas Litteras

ras, concesserunt. *AT* quia in Regia Capella, seu Parochiali Ecclesia hujusmodi, sic, ut præmittitur, per præsentem crecta, Tumuli, seu Conditoria vulgò Sepulture, minimè reperiuntur, eaque de causa Cadavera eorum, qui in Curia, seu Palatio Regio diem suum obibunt, ad Parochialem Ecclesiam Curie Regie, seu Palatio Regio viciniorem deferri debebunt; auctoritate, & tenore prædictis volumus, præcipimus, & mandamus, ut Parochus Ecclesie Tumulantis in Curia Regia, seu Regio Palatio, propria Cruce elevata, minimè ingrediat, ac Defuncti Cadaver eo in loco ad hunc effectum designando recipiat, ac Exequias, seu cantum funebrem, egresso Defuncti Cadavere, extra Regiam Curiam, seu Palatium Regium incipiat; disloque Parocho emolumenta pro associatione, & tumulatione, juxta morem debita, persolvantur. *IN* Exequiis verò Personarum Domus, seu Familie Regie, si Exequie hujusmodi in Regia Capella, seu Ecclesia Parochiali hujusmodi peragantur, Pro-Capellanus Major, seu Parochus vicinior Quartam, que Funeralium dicitur, nec Quartam Missarum exigere minimè possit; si verò dicte Exequie in Parochiali Ecclesia immediata peragantur, tunc Pro-Capellanus Major, ac Parochus Ecclesie hujusmodi dictas Quartas juxta consuetudinem Diocesis percipere valeant; prout etiam si contingat Regia Cadavera extra Regium Palatium, & Curiam alio in Loco exportari, & per dictum Pro-Capellannum, seu Parochum immediatum associari, ipsi consueti jura, & emolumenta percipiantur; prout etiam jus percipiendi emolumenta debita habebunt illi Parochi, qui in eorum respectivè Ecclesiis Regia Cadavera exportata per noctem deposita exceperint, & sequenti die

E

Di.

XXVI.

Præscribitur modus, & forma sepeliendi Cadavera, in Curia, sive Regio Palatio Decedentium.

XXVII.

Declaratio super jure percipiendi Quartam Funeralium, & Missarum, aliorumque emolumentorum pro Exequiis Personarum Domus, seu Familie Regie, Regiorumque Cadaverum depositione.

XXVIII.

Indultum in favorem Pro-Capellani Majoris, sex Semiliarorum, ac sex Capellanorum ad Honores, de non residendo quacunque Beneficia ab ipsis obtenta, vel obtinenda, cum certis declarationibus.

Divina Officia habuerint. DEMUM eidem Pro-Capellano Majori pro tempore eligendo, necnon sex Somiglieri vulgò nuncupatis di Cortina, ac sex Capellanis ad Honores, ut ipsi donè, & quousque in hujusmodi Officiis, seu muneribus remanserint, ac Officia, seu munera hujusmodi explere perrexerint, ratione cujusvis Dignitatis, Canonatus, & Præbende, necnon Personatus, & Administrationum, aliorumque Beneficiorum, etiam Prælatuæ nuncupatorum, quoad Pro-Capellanium Majorem cum jurisdictione, & Cura Animarum, (exceptis tamen Canonicatibus Officiorum, aliisque Beneficiis, quocumque nomine nuncupatis, Curam Animarum annexam habentibus quoad Somiglieri, & Capellanos ad Honores) etiam personalem residentiam requirentium, quos, & quæ ipsis pro tempore concedi, & assignari, seu de illis provideri contigerit, licet Beneficiis, Canonicatibus, Præbendis, Personatibus, Administrationibus, & Dignitatibus præfatis, per eos jam obtentis, seu quæ in posterum obtinere possunt minimè inserviant, Nihilominus omnia, & singula Beneficiorum, Canonicatum, Præbendarum, Personatum, Administrationum, ac Dignitatum, & Prælatuæ hujusmodi fructus, redditus, proventus, & jura, obventiones, ac emolumenta quæcumque (dimissis distributionibus quotidianis ordinariis, & extraordinariis quomodolibet nuncupatis, ac in quibusvis rebus consistentibus, & undecumquæ provenientes solis præsentibus ac Divinis Officiis, singulisque Diurnis, & Nocturnis Horis intersentibus dari, ac præstari, ac per præsentem prædictos dumtaxat percipi, & haberi solitis, quæ quidem distributiones ad illos qui præsentem fuerint, & Choro inservierint expellabunt, & per-

tinebunt, & inter presentes tantum dividende
 erunt, si vero redditus, & proventus Beneficio-
 rum, aliorumque premissorum omnium per præ-
 fatum Pro-Capellanum Majorem, & sex Somi-
 glietti, & Capellanos ad Honores obtentorum, in
 solis distributionibus consistant, dimissa una ex
 tribus partibus distributionum prædictarum inter
 presentes itidem distribuenda percipere, exigere,
 & levare, ac in suos usus, & utilitatem conver-
 tere liberè, & licitè possint, & valeant, cum ea
 integritate, qua perciperent, si Horis prædictis,
 ac Choro singulisque functionibus in eorum Eccle-
 siis pro tempore habendis, interfuissent, auctori-
 tate, & tenore prædictis concedimus quoque, &
 indulgemus; Mandantes propterea in virtute sancte
 obedientie dilectis filiis Capitulis, & Canoni-
 cis, ac Ecclesiis, in quibus Beneficia, Dignitates,
 Personatus, & Administrationes hujusmodi exti-
 terint, ceterisque ad quos fructuum, reddituum,
 ac proventuum, necnon distributionum hujusmo-
 di traditio, seu distributio, nunc spectat, & pro
 tempore quomodolibet spectabit in futurum, ut fruc-
 tus, redditus, proventus, & distributiones hujus-
 modi eisdem Pro-Capellano Majori, Somiglietti, &
 Capellanis ad Honores, seu illorum legitimo res-
 pectivè Procuratori tradant, & consignent, seu
 ab illis tradi, & consignari curent, & faciant,
 sub privationis omnium, & singulorum Beneficio-
 rum per eos obtentorum pena ipso facto incurren-
 da; ea tamen lege, ut Canonatus, Præbende,
 Dignitates, ceteraque Beneficia hujusmodi, per
 dictos Pro-Capellanum Majorem, Somiglietti, &
 Capellanos ad Honores pro tempore obtinenda, prop-
 ter absentiam suam, debitis non fraudentur obse-
 quiis, sed illorum congruè supportentur onera con-
 sue-

XXIX.

Exortatio ad Regem, ut si forte in Pro-Capellani Majorum nominanda sit Persona habens Prælatorum eam jurisdictionem, & Curam Animarum, cogat eam dimittere, assignata, pro sui sustentatione, congrua competere.

XXX.

Privilegium Regibus, & Regis Personis concessum ad hoc, ut in suis privatis Oratoriis Sacrificium Missæ per horam ante auroram, & post meridiem celebrari facere possint, & in Itineribus Altare Portatile habere.

facta. EA propter, & si persuasum habemus, Majestatem tuam, pro singulari Ecclesiasticæ discipline conservanda Zelo, in primis curaturam, ut nunquam in Pro-Capellani Majorum nominet quancumque Personam, Prælatorum, Jurisdictionem, & Curam Animarum gerentem: tamen rogamus, & poscimus, ut si forte acciderit, Personam jurisdictione, & Curam Animarum fungentem nominari debere, tunc ne Cura Animarum hujusmodi, ob absentiam sui Pastoris, aliquid detrimenti capiat, eandem Personam in Pro-Capellani Majorum nominatam, ad Curam Animarum sibi injunctam omninò dimittendam obliget, atque congruentem, certamque ad ipsius sustentationem, proventusum, & reddituum summam, quoad vixerit percipiendam, assignet. PORRO eadem Majestati tue, ac Regibus Successoribus tuis, necnon Reginae pro tempore existentis Hispaniarum, ac Principi, & Principissæ Asturiæ, ac Infantibus Regis ex Hispaniarum prædictarum Rege pro tempore Regnante natis, ut in privatis Palatiarum, & Domorum, ac Apartmentorum uniuscujusque eorum, in quibusvis Civitatibus, Terris, Oppidis, & Locis ubique existentibus, in quibus Majestatem tuam, Regesque Successores, Reginam, Principem, Principissam Asturiæ, Infantesque supradictos commorari, hospitari, vel esse contigerit existentium, Oratoriis, ad hoc decenter extructis, & ornatis, seu extruendis, & ornandis, ab omnibus domesticis vsibus liberis, Sacrosanctum Missæ Sacrificium per quemcumque Sacerdotem approbatum Seculare, seu de Superiorum suorum licentia Regularem, in quarumcumque Personarum, quas inibi adesse contigerit, præsentia, etiam per horam ante auroram, & per horam

post

post meridiem, celebrari facere, ita ut nec Majestati tue, Regibusque Successoribus, Reginae, Principi, Principissae, & Infantibus praedictis, necnon Sacerdoti taliter celebranti, id ad culpam valeat quomodolibet imputari; ac ut in itinere per Majestatem tuam, Regesque Successores, Reginam, Principem, & Principissam, Infantesque praefatos, & ubique pro tempore habendo, Altare Portatile, debitis tamen cum honore, & reverentia, habere, ac super eo Sacrosanctum Missae Sacrificium in locis ad id congruis, & decentibus itidem celebrari facere possis, & possint respectivè, auctoritate, & tenore praefatis, concedimus, & indulgemus. VOLENTES itaque Capellam Regiam hujusmodi, in Parochialem Ecclesiam, ut praemittitur, erectam, & in ea situm Altare Majus hoc speciali dono illustrare, auctoritate Nobis à Domino tradita, ac de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate, confisi, ut quaecumque Sacerdos aliquis Secularis, vel cujusvis Ordinis Regularis Missam Defunctorum pro Anima cujuscumque Christi Fidelis, quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad praedictum Altare Majus celebrabit, Anima ipsa de Thesaurò Ecclesiae per modum suffragii Indulgentiam consequatur, ita ut ejusdem Domini nostri Jesu-Christi, ac Beatissimae Virginis Mariae, Sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus, à Purgatorii poenis liberetur. NECNON ipsi Majestati tue, ac Regibus Successoribus, Reginae, Principi, Principissae, ac Infantibus praedictis, & aliis, tam mulieribus, quam viris servitiis Majestatis tuae, & supradictorum actu insistentibus, qui Palatio Regio egredi non valuerint, si verè poenitentes, &

XXXI.

Privilegium perpetuum Altaris Animae, concessum Regiae Capella.

XXXII.

Alterum Privilegium, cujus virtute, Indulgentia, quae à visitantibus Ecclesias cujuslibet Loci ubi Rex, aut Curia extiterit, consequi possint, in Regia Capella consequantur.



confessi, ac sacra Communionem reselli Capellam
 Regiam, seu Parochialem Ecclesiam supradictam
 Palatii Regii Oppidi Matriti, Toletanae Diocesis,
 vel alibi, ubi pro tempore Majestas tua, Reges
 praedicti, Regina, Princeps, Principissa, & Infan-
 tes praedicti habitaverit, & habitaverint, existen-
 tem, seu deputandam, sicut praemittitur, illis die-
 bus, quibus Christi Fidelibus Ecclesias Oppidi, vel
 Locorum hujusmodi certis modo, & forma visi-
 tantibus plenarie, vel alie Indulgentiae, & pec-
 catorum remissiones, seu poenitentiarum relaxa-
 tiones Apostolica auctoritate concessae sunt, seu
 pro tempore fuerint, devotè visitaverit, & visi-
 taverint, ibique alia pro ipsis Indulgentiis conse-
 quendis praescripta adimpleverit, & adimpleve-
 rint, ut omnes, & singulas Indulgentias, & pec-
 catorum remissiones, ac poenitentiarum relaxatio-
 nes consequatur, & consequantur, quas conse-
 queretur, & consequerentur, si Ecclesias hujus-
 modi iisdem diebus personaliter, & devotè visita-
 verit, & visitaverint. AC eidem Majestati tuae,
 Regibusque Successoribus, Reginae, Principi, Prin-
 cipissa, & Infantibus praedictis verè poenitentibus,
 & confessis, ac sacra Communionem, etiam in pri-
 vato Oratorio, resellis, in diebus festis Nativita-
 tis Domini nostri Jesu-Christi, Circumcisionis,
 & Epiphaniae ejusdem Domini nostri Jesu-Christi,
 Ascensionis Domini nostri praedicti, Pentecos-
 tes, Sanctissimae Trinitatis, Sanctissimi Corporis
 Christi, Conceptionis, Nativitatis, Purificationis,
 & Assumptionis Beatae Mariae Virginis Immacu-
 latae, S. Annae, S. S. Ferdinandi, Joachimi, Joan-
 nis Baptista, Michaëlis, & Sancti Jacobi, His-
 paniarum Patroni Principalis, ac Omnium Sanc-
 torum, & Commemorationis omnium Fidelium De-
 sanc-

XXXIII.

Aliud, Indulgentiarum
 plenaria Regibus,
 Regibusque Personis,
 Capellam Regiam
 certis diebus visi-
 tantibus, conce-
 ssim.

sanctorum, Capellam Regiam, seu Parochialem Ecclesiam predictam à primis Vesperis, usque ad occasum Solis dierum praefatorum visitantibus, ibique pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione, pias ad Deum preces orantibus, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem, quae quidem Indulgentiae per modum suffragii Animabus Purgatorii applicari possint, auctoritate, & tenore praedictis perpetuo concedimus, & indulgemus. PRÆTÈREA cum nonnulli Romani Pontifices Praedecessores nostri nonnulla Privilegia, Gratias, & Indulta Capellae Regiae hujusmodi, in Parochialem Ecclesiam erectae, ac Capellano Majori praedicto, nempe: Sixtus IV. per suas in simili forma Brevis die prima Julii MCCCCLXXIV, Clemens P.P. VII. die VIII. Maii MDXXV, Paulus P.P. III. die VII. Septembris MD.XLV. expeditas Litteras concesserint; & deinde Julius P. P. itidem III. aliàs edidit Litteras tenoris sequentis videlicet: FORIS: Charissimo in Christo filio nostro Carolo Romanorum Imperatori semper Augusto, ac Hispaniarum Regi Catholico: Intus verò: Julius P.P. III. Charissime in Christo fili noster, salutem, & Apostolicam benedictionem. Dudum postquam felic. record. Sixtus IV. Innocentius VIII. Alexander VI. & Julius II. Romani Pontifices Praedecessores nostri clar. mem. Ferdinando Regi, & Elisabeth Reginae Hispaniarum, & utriusque Siciliae, ut eorum Capellanus Major, qui in eorum Capella pro tempore esset, omnes, & singulas controversias, lites, & quaestiones tam Beneficiales, quàm prophanas, & alias quascumque, quae inter aliquos Capellanos, & Cantores dictae Capellae actu in ea ser-

XXXIV.

Relatio Brevis Antecessorum Romanorum Pontificum, qui varia Privilegia, & Indulta Regiae Capellae, & Capellano Majori dispensarunt.

XXXV.

Rescriptum Iulii III. quo Privilegia Regiae Capellae à Praedecessoribus Sixto IV. Innocentio VIII. Alexandro VI. & Julio II. concessa, confirmantur, & ampliantur. Expeditum die XV. Martii anno M.D.LV.

servientes, extra Romanam Curiam motæ essent,
 & indecessè penderent, & quas dictus Sixtus Pre-
 decessor ad se tunc advocavit, & tunc Capellano
 Majori dictæ Capellæ commissit, & quæ pro tem-
 pore moverentur, audire, & cognoscere, ac sine
 debito terminare, nec quicumque Locorum Diœce-
 sani, & alii Ordinarii Judices in Majorem, &
 reliquos Capellanos, ac Cantores, & Scholares ac-
 tu servientes, & consueta stipendia percipientes,
 quos ab illis prorsus, & omninò exemit, & tota-
 liter liberavit, ac eos dicto Capellano Majori im-
 mediatè subesse decrevit, nullam penitus superio-
 ritate, dominium, & jurisdictionem exercere, nec
 se de illis quomodolibèt intromittere valere, sed
 prefati Capellani, Cantores, & aliæ Personæ ejus-
 dem Capellæ coram ipso Capellano Majori, seu
 Legatis, vel Delegatis Apostolicæ Sedis duntaxat
 tenerentur de justitia respondere: Quodque ipse
 Capellanus Major, vel ejus Locum-tenens Capel-
 lanos, Cantores, & Scholares in dicta Capella pro
 tempore servientes, propter injectionem manuum
 violentarum inter se ipsos (citra tamen membro-
 rum mutilationem, aut enormem lesionem) excom-
 municationis sententiam incurrentes, ab eadem sen-
 tentia absolvere, & eis penitentiam salutarem
 injungere, & cum ipsis super irregularitate, si
 quam hujusmodi sententiis ligati Missas, ac aliæ
 Divina Officia (non tamen in contemptum cla-
 vium) celebrando, aut illis se immiscendo contra-
 xissent, dispensare, omnemque inhabilitatis, &
 infamie maculam per eos contractam abolere: Et
 Infantes, seu Turcas, & Saracenos, qui in præ-
 sentia dictorum Regum ex quavis causa pro tem-
 pore baptizari deberent, aut quos dicti Reges in
 eorum præsentia baptizari voluissent, baptizare:

Ac

Ac dictis Regibus, & suis filiis; reliquisque in eorum Domibus pro tempore seruiantibus, & residentibus Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, ac alia Sacramenta Ecclesiastica ministrare; Necnon Reges, & omnes alios prædictos etiam in casibus Episcopaliibus absoluerè, & tempore Interdicti, eos Ecclesiasticæ sepultura tradere: Necnon alii Capellani, & Cantores, ac Scholares, seruiantes prædicti à quocumque mallerent Catholico Antistite, gratiam, & communionem dictæ Sedis habente, Ordines Ecclesiasticos, statutis ad id à jure temporibus, successivè accipere: Ipsique Capellani, Cantores, & Seruiantes, Scholares, etiam Religiosi, Horas Canonicas, & Divina Officia ad usum Romana Curia dicere, & recitare: Quodque ipse Capellanus Major pro se, & aliis Capellanis prædictis in quacumque Ecclesia etiam Ordinis Fratrum Mendicantium, ad quam ipsos Reges pro tempore declinare contingeret, dummodo in ea ipsi Capellani, & Cantores Divina Officia celebrarent, & cantarent, oblationesque de manu ipsorum Regum, eorumvè Filiorum, seu Filiarum procederent, prout in dicta Regia Capella percipere consueverant, percipere: Ipseque Capellanus Major quacumque Matrimonia, quæ in præsentia dictorum Regum contraherentur solemnizare: Ac omnibus, & singulis interessentibus, Missarum solemnibus, & verbi Dei prædicationi in ipsorum Regum præsentia verè pœnitentibus, & confessis, ducentos dies de injunctis eis pœnitentiis misericorditèr in Domino relaxare: Ipsique Presbyteri, Capellani, & Clerici Missas, & Horas Canonicas in dicta Capella juxta morem Ecclesiæ Toletana dicere, & recitare: Necnon Capellani, Cantores, & Scholares in dicta Regia Capella actu seruiantes, fructus,

G

tus, redditus, & proventus quorumcumque Beneficiorum suorum Ecclesiasticorum, etiamsi Canoniciatus, & Præbenda, Dignitates, Personatus, Administrationes, vel Officia forent, cum ea integritate (quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis) percipere possent, cum qua illos perciperent, si in eisdem Ecclesiis, sive Locis personaliter residerent, & ad residendum interim in eis minimè tenerentur: Quod tunc, & pro tempore existens Capellanus Capella dictorum Regum, omnium, & singulorum Christi Fidelium in Curia dictorum Regum, ubicumquè illi residerent continuè, vel ad tempus commorantium, Rector nuncuparetur, & per se, vel alium, seu alios, per eum ad id deputandos, eorumdem Christi Fidelium Confessiones audire, eisque pro commissis pœnitentiam salutarem injungere, & Sacramenta Ecclesiastica, & in Festo Resurrectionis Domini nostri Jesu-Christi, absque alicujus licentia, ministrare, seu ministrari facere, liberè, & licitè valeret: Necnon dicti Christi Fideles Curiales, de licentia ipsius Capellani Majoris dumtaxat, quemcumque Idoneum Presbyterum Sacularem, vel cujusvis Ordinis Regularem in suum possint eligere Confessorem, qui eorum confessione diligentè audita, eis pro commissis pœnitentiam salutarem injungere, & Sacramenta prædicta etiam in die festo ministrare possent: Et Capellanus Major pro tempore existens omnes, & singulos Curiales tunc, & pro tempore existentes, & quoscumque alios Curiam dictorum Regum pro tempore sequentes ab omnibus, & singulis eorum delictis, excessibus, & criminibus, etiam in casibus Episcopalibus, absolvere, eisque pœnitentiam salutarem injungere posset: Necnon, quod propter quamcumque causam Civitates, Villa,

& Loca, in quibus Reges prefatos, eorumque Successores, cum eorum Regia Curia pro tempore esse contingeret, Ecclesiastico Interdicto, & Apostolica auctoritate supponi non possent, nisi prius processus, quos super appositione Interdicti huiusmodi per Iudices fieri contigisset, vel eorum copia in Regio Consilio presentaretur; & si infra unius mensis spatium post eorundem processuum presentationem Reges predicti, & eorum Successores, seu Consilarii, Personis, ad quarum instantiam Interdictum huiusmodi apponi debuisset, iustitie complementum ministrari, & debitam satisfactionem impendi facerent, Interdictum huiusmodi non apponeretur; si verò infra eundem mensem Reges, & Successores, aut Consilarii prefati id facere neglexissent, dicti Iudices Interdictum huiusmodi liberè in eisdem Locis apponere, illudque donec eisdem lesis Personis esset debitè satisfactum, observari facere possent: Quodque in Palatiis, & Locis, ubi dicti Reges moram pro tempore traherent, etiam in eorum absentia, in dicta Capella Missæ, & alia Divina Officia celebrari possent indulserant: Et pie memoriæ Leo P.P. X. etiam Prædecessor noster, motu proprio omnes, & singulas gratias, Facultates, Privilegia, Immunitates, Concessionones, Indulgentias, & Indulta dictis Regibus, & eorum Capellæ, & Familiæ, & Personis per dictos Sixtum, Innocentium, Alexandrum, & Julium Prædecessores concessa Tibi, tuisque Capellæ, & Familiæ, ac illorum Personis concessa fuerant, parimodò concesserat, Tibique, & illis suffragari posse, & debere, in omnibus, & per omnia, perindè, ac illa Tibi, tuisque Capellæ, & Familiæ, ac Capellanis, & illarum Personis specialitèr, & expressè à principio concessa fuissent.

sent voluerat, & decreverat, illaque deinde concesserat: Quodque in Capella tua, Capellani, seu Cantores tui Missas, & alia Divina Officia ad usum, & morem Romane Curie celebrare, recitare, & canere, ac in Festo Corporis Christi, & per ejus Octavas Dominicum Corpus in dicta Capella, cum debitis reverentia, & honore, esse, & permanere, ac in Quinta, & Sexta majoris Hebdomade Feriis ejusdem Salvatoris Corpus in dicta Capella, in Sacratio, seu Urna reponere, & juxta morem Patrie Monumentum, seu Tumulum cum luminariis facere, & tenere, ac coram Te Missas etiam una hora post meridiem celebrare possent: Quodque Curiales tue Curie, & illam sequentes in ea ab intestato decedentes, in quacunque Parochiali Ecclesia, quam in eodem Loco, illi, qui funerum hujusmodi curam haberent, ducerent eligendam sepeliri possent: Necnon in Festo Sancti Matthei Apostoli, in quo felix tui natalis dies illuxit, omnes, & singuli, qui Capellam predictam, aut Ecclesiam, quam in loco, ubi Te cum tua Regia Curia esse contigeret, duceres eligendam, à primis Vesperis, usque ad secundas ejusdem Festi vespertas inclusivè, visitarent, poplitibusque flexis Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam recitarent, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam consequerentur: Quodque Capellanus Major dicta Capelle, vel ab eo deputatus Presbyter Secularis, vel cujusvis Ordinis Regularis, omnium, & singulorum in Hospitali tua Curia existentium Confessiones audire, eisque Sacramenta Ecclesiastica ministrare, & in mortis articulo omnium peccatorum suorum remissionem, & absolutionem impendere valeret, indulserat, atque concesserat, certis desuper Executoribus deputatis:

Re-

Recolende memorię Clemens P.P.VII. similiter Prędecessor noster motu proprio pręmissa omnia, & singula, ac prout illa concernebant, alia in singulis Litteris Prędecessorum hujusmodi quomolibet contenta, & inde secuta quęcumque approbavit, confirmavit, & innovavit, ipsamque Indulgentiam plenariam usque ad futurum annum Jubilęi de novo concessit, supplens omnes, & singulos juris, & facti defectus, siqui forsā interveniant in eisdem, illaque perpetuę firmitatis robur obtinere, & inviolabiliter observari debere decrevit: Ipsasque etiam Leonis Prędecessoris Litteras, quoad id, quod Capellanus Major Capellę hujusmodi tunc existens, de singulis Causis, tam inter ipsos Capellanos inter se, vel inter eos, & quoscumque alios pro tempore activę, & passivę vertentibus cognoscere, illasque sine debito terminare, aut in quascumque utriusque sexus Sęculares, & Ecclesiasticas, ac cujusvis Ordinis Regulares Personas, tam Curiam dumtaxat sequentes, quamdiu extra Loca, in quibus pro majori parte anni residere consueveras, esse contingeret jurisdictionem Ordinariam, ut verus eorum Ordinarius exercere: Ac aliqua etiam non magna necessitate occurrente, super quo ejus conscientiam oneravit, Capellanos dictę Ecclesię etiam extra tempora a jure statuta, tribus tamen diebus Dominicis, vel Festivis duplicibus per se, vel Locumtenentem suum, Catholicum tamen Episcopum, ad omnes Sacros Ordines promovere: Dictosque Capellanos, Cantores, & Scholares ab excommunicationis sententia, quam propter injectionem manuum violentarum, etiam in Clericos de dicta Capella non existentes, incurrissent, satisfacto prius injuriam passo, similiter absolvere, & super simili

H

ir.

irregularitate dispensare , ac omnem inhabilitatis,
& infamie maculam, sive notam per eos propterea
contractam , etiam abolere : Ipsique Capellani Ho-
ras Canonicas anticipare, & postponere, ac coram
Te Missas, etiam duabus horis antequam eluces-
ceret dies, celebrare possent, auctoritate, & tenore
præmissis, extendit, & ampliavit, prout in sin-
gulis Prædecessorum eorundem Litteris, quas Leo
Prædecessoris, videlicet in forma Brevis idem
Leo Prædecessor quoad plenariam Indulgentiam, us-
que ad generalem similium Indulgentiarum revo-
cationem per eum pro anno Jubilei, tunc proxime
futuro, & nunc præterito, faciendam, quoad alia
verò, quoad viventes, dumtaxat durare voluit,
plenius continetur. Nos igitur, qui Majestatem
tuam in præcordiis gerimus charitatis, volentes
Te favore prosequi gratiæ amplioris, motu simili,
& ex certa scientia nostra, ac de Apostolica po-
testatis plenitudine, præmissa omnia, & singula,
ac prout illa concernunt, alia in singulis Litteris
Prædecessorum hujusmodi quomodolibet contenta,
& inde sequuta quæcumque, dummodo per non
usum abrogata non sint, dicta auctoritate Aposto-
lica, tenore presentium approbamus, confirmamus,
& innovamus, ac de novo concedimus, suppletentes
omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui
forsan intervenerint in eisdem, illaque perpetuæ
firmitatis robur obtinere, & inviolabiliter obser-
vari debere decernimus, ac singulas Litteras hu-
jusmodi etiam ad hoc, ut modernus, & pro tem-
pore existens Capellanus Major Capella hujusmodi
in causis de ejus foro, vigore præmissorum exis-
tentibus summarie, simpliciter, & de plano, sine
strepitu, & figura judicii, ac aliqua tela judicia-
ria procedere, ac eas cognoscere, & secundum jus-

titiam terminare: Necnon aliis Capellanis, &
 Cantoribus, ac quibusvis Familiaribus tuis, seu
 Curiam tuam sequentibus, ut Quadragesimalibus,
 & aliis diebus, quibus usus carniū, & lactici-
 norum prohibitum est, ovis, caseo, butyro, &
 aliis lacticiis, de utriusque Medici consilio, uti,
 & vesci liberè, & licitè valeant, concedere, &
 indulgere: Ac per se, seu quemcumque Presbyter-
 um idoneum ab eo pro tempore deputatum, quos-
 cumque Turcas, seu Saracenos baptizari volen-
 tes, etiam in absentia tua, non tamen extra dic-
 tam Curiam tuam, baptizare: Ac etiam per se,
 vel alium, seu alios Presbyteros idoneos, ad hoc
 ab eodem Capellano Majori pro tempore deputatos,
 quascumque Personas tuam Curiam prædictam se-
 quentes, in quibusvis Casibus Episcopalibus ab-
 solvere, ac eis Penitentiae, & Eucharistiae, ac
 alia Sacramenta Ecclesiastica ministrare, & tem-
 pore Interdicti Ecclesiastica sepultura tradere: Nec-
 non per se ipsum, si Antistes fuerit, aliàs per
 quemcumque Catholicum Antistitem, gratiam, &
 communionem prædictæ Sedis habentem, quoscum-
 que Scholares eandem Curiam sequentes, dummo-
 dò aliàs sint idonei, ad quosvis etiam Sacros, &
 Presbyteratus Ordines, etiam extra tempora à ju-
 re statuta, tribus Dominicis, vel aliis Festivis,
 etiam non duplicibus diebus, promovere, seu pro-
 moveri facere: Ac Curialibus tuis, seu Curiam
 tuam hujusmodi sequentibus, etiam Religiosis, ut
 Horas Canonicas, & alia Divina Officia ad usum
 dictæ Curia, etiam juxta Breviarium novitèr com-
 pilatum, quosque in dicta Curia residerint, dice-
 re, & recitare possint, licentiam, & facultatem
 concedere: Ac quoties Te ad aliquam Ecclesiam
 Sacularem, vel quantumvis etiam Fratrum Mi-

no-



norum, aut aliorum Mendicantium Ordinum Regularum, quantumcumque privilegiatam declinari contigerit, pro se, & aliis Capellanis prædictis, dummodo ipsi in eadem Ecclesia Divina Officia celebrent, oblationes etiam de manu quorumvis Principum, seu Dominorum, vel Nobilium provenientes, etiam si Te ex aliquo impedimento, aut aliàs ab ipsa Ecclesia tunc abesse contigerit, prout in dicta Regia Capella percipere consuevit, quibusvis Privilegiis eidem Ecclesie concessis nequaquam obstantibus, percipere: Et per se, vel aliam Personam idoneam in Dignitate Ecclesiastica constitutam, ad id per eum toties quoties sibi placuerit deputandam, quæcumque Matrimonia in dicta Curia pro tempore contracta, etiam in absentia tua, & etiam extra tempora, dummodo alter contrahentium Curiam ipsam sequatur, Diocessani Loci, vel cuiusvis alterius licentia desuper minimè requisita, solemnizare: Ac cum ipsis contrahentibus in singulis casibus, in quibus Ordinarii Locorum dispensare possunt, dispensare: Necnon verè pœnitentibus, & confessis, qui Missarum solemnitis, & verbi Dei prædicationi, in præsentia tua faciendis, etiam si Tu ex infirmitate, aut alio impedimento eis non interfueris, interessentibus, ac Tibi sic infirmo, aut impedito, Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam prædictas recitanti, ducentos dies de injunctis vobis pœnitentiis misericorditèr in Domino relaxare: Et tam ipse Capellanus Major pro tempore existens, quàm alia Persona per eum, ut præmittitur, pro tempore deputata, omnium, & singulorum Christi Fidelium in Curia tua prædicta, ubicumquè resides continuè, vel ad tempus commorantium Rector nuncupari: Et tam ipse, quàm Persona deputata hu-

jus-

jusmodi, etiamsi Regularis fuerit per se, vel alium, seu alios ad id per eum, seu eam deputandos, eorundem Christi Fidelium, necnon omnium, & singulorum in Hospitali tue Curie pro tempore existentium, ac dilectorum filiorum modernorum, & pro tempore existentium Confratrum Confraternitatis in eodem Hospitali instituta, confessiones audire, & eis pro commissis poenitentiam salutarem injungere, ac Sacramenta Ecclesiastica, etiam in Festo Resurrectionis hujusmodi, absque alicujus licentia ministrare, & ministrari sacre: Ac existentibus in Hospitali, necnon Confratribus hujusmodi in mortis articulo omnium peccatorum suorum remissionem, & absolutionem impendere: Ac tam ipsa, ut praefertur, deputata Persona, quam pro tempore existens Capellanus Major, non solum dictos Capellanos, Cantores, & Scholares, verum etiam alios eandem Curiam sequentes, ab excommunicationis sententia, quam propter iniectionem manuum violentarum, etiam in Clericos dictam Curiam non sequentes, etiam cum membrorum mutilatione, dummodo exinde mors non sequatur, incurrissent, satisfacto prius injuriam passo, similiter absolvere, ac super Irregularitate dispensare, ac maculam, sive notam inhabilitatis, ut praefertur, abolere, liberè, & licitè valeant: Ac Tibi, quod conjunctim cum dicto Capellano Majore, vel divisiim, & sine eo, quamcumque aliam Personam idoneam in Dignitate Ecclesiastica constitutam, quae omnia, & singula eidem Capellano Majori per singulas praedictas, ac praesentes Litteras commissa, & concessa, ac qua ipse Capellanus Major, iam vigore Litterarum hujusmodi, quam de Jure, vel Consuetudine, aut Privilegio, seu aliàs quomodolibet facere, & exequi potest, facere, & exequi,

aus

aut aliam Personam in Dignitate Ecclesiastica constitutam ad præmissa omnia, & singula, tam in genere, quàm in specie subdelegare, & subdelegationes pro tempore factas revocare valeat, ac etiam eas facultates, quas dictus Capellanus Major habet in omnibus, & per omnia habeat toties quoties Tibi videbitur deputare: Et in Festo Corporis Christi, & per ejus Octavas Missas audiendo, & iter Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam recitando, omnes, & singulas Indulgentias, quæ Horis Canonicis Festi, & Octavarum hujusmodi interessentibus per recolendæ memoriæ Urbani VIII. & alios Romanos Pontifices Prædecessores nostros concessa fuerunt, in omnibus, & per omnia perindè, ac si eisdem Horis interesses: Necnon, & absque eo, quod Rosarium recites, Salutationem Angelicam præfatam de ejus in quocumque malueris Rosario, cui aliqua Imago Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis affixa sit, recitando, seu orando, omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones, per eundem Leonem Prædecessorem bonæ memoriæ, Margaritæ Archiducissæ Austriæ, & Monialibus Monasterii Annuntiationis propè Oppidum Burgenfis, Tornacensis, seu alterius Diocesis concessas, ac Quadragesimalibus, & aliis diebus, & temporibus Stationum Basilicarum, & Ecclesiarum Urbis, & extramuros ejus, & Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam prædictas recitando eas quas, si eisdem diebus, & temporibus Basilicas, & Ecclesias Stationum hujusmodi personalitèr visitares; Necnon singulis Lunæ, Mercurii, & Veneris diebus, easdem Orationem, & Salutationem quinquies recitando, eas, quas si eisdem diebus septem Ecclesias principales ejusdem Urbis personalitèr visitares, conse-

que-

quæris, & consequi posses Indulgentias, & pec-
 catorum remissiones, omnes, & singulas conse-
 quaris, & consequi: Necnon Altare portatile
 in tua propria Camera, aut alio honesto loco tui
 Palatii, in quo Te, & itinerando esse, aut in
 territorio sub quo Te degere pro tempore contige-
 rit habere, & inibi Missas, & alia Divina Of-
 ficia etiam tempore Interdicti, quavis etiam Aposto-
 lica auctoritate prædicta appositi, celebrari face-
 re, ac eis interesse liberè, & licitè valeas: Ac quod
 Capellani tui prædicti, & Cantores, ac alii Sacer-
 dotes Curiam tuam sequentes, in quibusvis Eccle-
 siis Lutherana Heresi, aut quavis alia causa pro-
 phanatis, cum Te per eorum loca iter facere, seu
 Te in eisdem locis commorari contigerit, Missas,
 & alia Divina Officia, necnon ipsi Capellani tui
 in Altari Majori cujuscumque Cathedralis, & Me-
 tropolitane Ecclesie, quovis Privilegio non obsta-
 te, ac in Capella tua, & Te ab eadem Capella ex
 supervenientia alicujus impedimenti absente, Mis-
 sam celebrare possint: Tuque in eodem die Sancti
 Mathie si infirmus, aut alio legitimo impedi-
 mento fueris præeditus, Orationem, & Salutationem
 prædictas, ut præfertur, recitando, etiamsi Capel-
 lam prædictam, aut Ecclesiam per Te, ut præmit-
 titur, pro tempore ecclesiam non visitaveris, plena-
 riam omnium peccatorum tuorum Indulgentiam conse-
 quaris: Et quicumque Artifices, seu Opifices Do-
 minicis, & aliis de præcepto Ecclesie festivis die-
 bus pro Te tantum, absque conscientie scrupulo,
 & alicujus pænæ incursum, dummodo Missam au-
 diant, laborare valeant: Necnon qui servitiis tuis
 pro tempore insisterint, fructus, redditus, & pro-
 ventus quorumcumque Beneficiorum suorum Eccle-
 siasticorum per eos pro tempore obtentorum, etiam,

ut



ut præfertur, qualificatorum, cum ea integritate,
quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, per-
cipere possint, cum qua illos perciperent, si in eis
personaliter residerent, & ad residendum in eis mi-
nimè teneantur, Apostolica auctoritate, & tenore
prædictis extendimus, & ampliamus. Non obsta-
ntibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostoli-
cis, ac Statutis, & Consuetudinibus, etiam jura-
mento, confirmatione Apostolica, vel quavis fir-
mitate alia roboratis, Privilegiis quoque, Indultis,
& Litteris Apostolicis per quoscumque Romanos
Pontifices Prædecessores nostros, & Nos, ac dictam
Sedem etiam per viam generalis Legis, & Statuti
perpetui, & motu, & scientia, ac potestatis plen-
titudine similibus, sub quibuscumque tenoribus,
& formis, ac cum quibusvis etiam derogatoria-
rum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & inso-
litis clausulis irritantibusque, & aliis Decretis
quomodolibet, & pluries concessis, firmatis, &
innovatis. Quibus omnibus, etiamsi pro illorum
sufficiente derogatione, de illis, eorumque totis te-
noribus specialis, & individua, ac de verbo ad
verbum, non autem per clausulas generales idem
importantes mentio, seu quævis alia expressio ha-
benda, aut aliqua exquisita forma servanda fo-
ret, & in eis caveatur expressè, quod illis nulla-
tenus derogari potest, illorum, ac omnium, & sin-
gularum Litterarum prædictarum tenores præsen-
tibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad
verbum insertis, necnon modis, & formas ad id
servandos, pro individuo servatis habentes, hæc
vice dumtaxat, illis, aliàs in suo robore perman-
suris, harum serie, specialitèr, & expressè déro-
gamus, necnon omnibus illis, quæ prædicti Præde-
cessores in eorum Litteris prædictis voluerunt non
obs.

obstare, ceterisque contrariis quibuscumque; & insuper volumus, quod presentium Litterarum trasumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo alicujus Persona in Dignitate Ecclesiastica constituta munitis, eadem fides adhibeatur ubique, in iudicio, & extra, quae presentibus adhiberetur, si essent exhibitae, vel ostense. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die decimaquinta Martii millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus nostri anno secundo. Rom. Amaseus. DEINDE Sanctus Pius P. P. V. pariter Pradeccessor noster, alias suas edidit Litteras tenoris, qui sequitur. Pius Papa V. ad futuram rei memoriam. Inter cetera, ad quae ex injuncto nobis desuper Apostolica servitutis officio obligari dignoscimur, Animarum zelus, eo nos potissimum urget, quo pro illis exactior debetur ratio Creatori, & ne propter Rectorum absentiam, vel aliter Christi Fideles Animarum periculum patientur, ea libenter concedimus, per qua earundem Fidelium Animarum saluti consulitur, praesertim si Catholicorum Regum vota, id exposcant, & in Domino conspiciamus salubriter expedire. Exhibita siquidem Nobis pro parte charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici petitio continebat, quod licet Cura Regiae Familiae ipsius Philippi Regis, & ejus Consanguineorum, & Affinium, ac omnium, & singularum Personarum, tam in Regnis, & Dominiis Hispaniarum, ac aliis Dominiis eidem Philippo Regi subiectis originem trahentium, quam extraneorum ex diversis partibus Orbis, & Regnis, ac Dominiis pro negotiis in Curia ejusdem Philippi Regis, & in ea residere volentium in dies confluentium, & inibi commorantium, ipsamque Curiam

XXXVI.

Bulla Pii V. praebens facultatem Philippo II. nominandi Pro-Capellano Majorem, cum eisdem praecminentis, auctoritate, & jurisdictione qua froebatur Archiepiscopus Cöpostellanus Capellanus Major, data die VII. Junii, anno M.D.LXIX.

K

sc.



sequentium pro tempore existenti Archiepiscopo Com-
postellano, tamquam Capelle ipsius Regis Philippi
Capellano Majori ex Indulto Apostolico, aut anti-
qua, & immemorabili consuetudine incumbat, ni-
bilominus, quia tunc pro tempore amplitudinem
Diocesis Compostellani vocatis, & continuum ex-
traneorum ad diversa Loca ipsius Diocesis concur-
sum, tunc etiam ad Populum suae Curiae creditum
instruendum, ac diversis inconvenientibus, quae his
potissimum periculosos temporibus in dicta Diocesi
contingere possint occurrendum, idem Archiepiscopus
apud dictam Ecclesiam, seu in illius Diocesi
continuo personaliter serè residere semper cogitur,
Curam huiusmodi per se ipsum exercere non po-
test, quamvis id maxime necessarium foret, &
praesertim cum Locorum Ordinarii, & Civitatum,
ac Oppidorum, seu Locorum in quibus ipsum Phi-
lippum Regem, ac Curiam praedictam pro tempore
residere contingit, Parochialium Ecclesiarum Rec-
tores suorum subditorum, ac ex ipsis Civitatibus,
Oppidis, & Locis originem trahentium dumtaxat
Animarum Curam exercere consueverint, quo fit,
ut Familiares dicti Philippi Regis, & alii Curia-
les sine Pastore remanent, & Familia, ac aliorum
Curialium praedictorum Animarum Cura negligi-
tur in non modicum eorum Animarum periculum,
& praesudicium: quare ad occurrendum inconve-
nientibus, & periculis, quae exinde provenire pos-
sunt, praesertim qua Major Capellanus huiusmo-
di sit ejusdem Regis Philippi Capellanus, & dictae
suae Capellae Regiae inserviat, aequum videtur, quod
absente dicto Archiepiscopo à Curia praedicta, praes-
atus Philippus Rex Capellanum Majorem nomi-
naret: Ideo idem Philippus Rex nobis humiliter
supplicari fecit, quatenus in praemissis opportunè
pro-

providere de benignitate Apostolica dignaremur.
 Nos igitur, qui singulorum Christi Fideium Ani-
 marum salutem sinceris expectamus affectibus, hu-
 jusmodi supplicationibus inclinati, moderno, &
 pro tempore existenti Archiepiscopo Compostellano
 tamquam dicta Capella Capellano Majori quan-
 diu, & quoties in dicta Curia personaliter reside-
 rit, & eo à dicta Curia absente, seu in illa non
 residente Persona, in Presbyteratus ordine consti-
 tute per ipsum Philippum Regem toties quoties si-
 bi visam fuerit nominanda, per suum Ordinarium
 approbande, quam Nos ex nunc prout ex tunc
 postquam per dictum Philippum Regem, ejusque
 Curiam Regiam pro tempore residere contigerit,
 Curam Animarum ejusdem Philippi Regis, ac om-
 nium, & singularum Personarum, tam in ipsis
 Regnis, & Dominiis originem trahentium, quam
 extraneorum ex quibusvis Orbis partibus ad ip-
 sam Curiam consuentium, cujuscumque qualita-
 tis, status, gradus, ordinis, vel conditionis, ac
 præminentia fuerint (Archiepiscopis tamen, &
 Episcopis exceptis) exercere, eosque visitare, cor-
 rigere ac omnimodam jurisdictionem Ordinariam,
 omniaque, & singula alia, qua Archiepiscopi, &
 Episcopi, ac alii Locorum Ordinarii in Diocesi-
 bus suis de jure, vel consuetudine, aut aliter
 quomodolibet facere, aut exercere consueverunt,
 citrà tamen exercitium Pontificalium, & Ordinum,
 ac Beneficiorum collationem exercere liberè, & li-
 citè, quodque omnibus, & singulis gratis, favo-
 ribus, præcipientiis, & indultis quibusvis dictus
 Archiepiscopus dum in dicta Curia residet ratione
 dicti Officii Capellani Majoris gaudet fruitur, &
 utitur, atque gaudere, uti, & frui quomodolibet
 potest, gaudere, uti, & frui possit, & valeat,

pa-

pariformiter, & æquè principaliter; ac eidem Philippo Regi Personam hujusmodi nominandi, & eligendi, plenam, & omnimodam licentiam, & facultatem Apostolica auctoritate tenore presentium concedimus, & indulgemus. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus, necnon Civitatum, & Oppidorum, & Locorum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque Indultis, & Litteris Apostolicis quibusvis Personis sub quibuscumque tenoribus, etiam motu proprio, & ex certa scientia concessis, & approbatis, ac etiam iteratis vicibus, innovatis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die septimo Junii millesimo quingentesimo sexagesimo nono, Pontificatus nostri anno quarto. INDE Gregorius P.P. XIV. pro majori declaratione Pii Prædecessoris Litterarum expressione, alias concessit Litteras tenoris sequentis, videlicet: Gregorius P.P. XIV. ad futuram rei memoriam. Cum dudum felicitis recordationis Pius P.P. V. Prædecessor noster supplicationibus Charissimi in Christo filii nostri, tunc sui, Philippi Hispaniarum Regis Catholici in ea parte inclinatus, tunc, & pro tempore existenti Archiepiscopo Compostellano tamquam Capella dicti Regis Philippi Capellano Majori, quandiu, & quoties in Curia ipse Regis Philippi personaliter resideret, & eo à dicta Curia absente, seu in illa non residente, Personæ in Presbyteratus ordine constitutæ per ipsum Philippum Regem toties quoties sibi visum foret nominande per suum Ordinarium appro-

XXXVII.

Rescriptum Gregorii XIV. in epno declaratur, & extenditur supra insertum Pii V. Datum die III. Mensis Aprilis, anno M.D.LXXXVI.

bande, quæ, durante absentia dicti Archiepiscopi à dicta Curia in quibusvis Civitatibus, Oppidis, seu Locis, in quibus dictum Philippum Regem, ejusque Curiam Regiam pro tempore residere contigerit, Curam Animarum Familie ejusdem Philippi Regis, ac omnium, & singularum Personarum, tam in Regnis Hispaniarum, Regnis, & Provinciis, & Dominiis originem trahentium, quam extraneorum ex quibusvis Orbis partibus ad ipsam Curiam confluentium, quam extraneorum cujuscumque qualitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis, ac præcæminentie forent (Archiepiscopis tamen, & Episcopis exceptis) exercere, eosque visitare, corrigere, ac omnimodam jurisdictionem Ordinariam, omniaque, & singula alia, quæ Archiepiscopi, & Episcopi, ac alii Locorum Ordinarii in Diocæsihus suis de Jure, vel consuetudine, aut aliter quomolibet facere, & exercere consueverant, citrà tamen exercitium Pontificalium; & Ordinum, ac Beneficiorum collationem, exercere liberè, & licitè valeret, Apostolica auctoritate concesserit, & indulserit, prout in Litteris Prædecessoris dicti desupèr die septima Junii Pontificatus sui anno quarto, sub Annulo consæcis plenius continetur, & Nobis nupèr pro parte dicti Philippi Regis nonnulla, quæ majorem dictarum Litterarum expressionem requirunt, exhibita forent; Nos dictarum Litterarum tenores præsentibus, pro expressis habentes, supplicationibus dicti Philippi Regis hac in parte inclinati, de consilio Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Decretis Concilii Tridentini interpretandi Præpositorum, quibus hoc negotium maturè videndum, & discutiendum, ac Nobis re-

se-

serendum commissimus, ad majorem declarum Litterarum expressionem, seu declarationem harum serie concedimus, seu dictis Litteris adjungemus Quod dictus Capellanus Major, seu Persona ad Animarum Curam pro tempore deputata, cui Sacramentorum Confessionis, Eucharistie, Extreme-unctionis, & Matrimoniorum exercitium, & administratio incumbit, quique Ecclesiam certam, in qua dicta Sacramenta administret, non habet, possit eligere Parochialem Ecclesiam viciniorum Palatio, ubi eundem Philippum Regem pro tempore morari contigerit; & si fuerint dua Parochiales Ecclesie aequè vicine dicto Palatio, tunc eligat quam voluerit, in quam ipse Capellanus Major, seu Persona hujusmodi liberè ingredi, & exindè Sacramenta prædicta accipere, & sibi Subditis exercere, & ad infirmos Curie dicti Philippi Regis deferre, & Monitiones Matrimoniales suorum Subditorum juxta Decreta dicti Concilii publicari facere, eosque Matrimonio jungere, ac per se, aut alios Ministros suos suam jurisdictionem Ordinariam exercere, sine præjudicio jurium Parochi: Propterea quod ipse Capellanus Major tenere valeat Ministros, & Officiales necessarios ad exercendam Apostolica potestatis omnimodam jurisdictionem, tam Curie Palatii, quam uti Judex Capelle hujusmodi, & aliorum, qui ab eo, & ejus mandato nominati exerceant eorum officia, & jurisdictionem suam, tam in causis Semeliorum, Capellanorum, Servitium Oratorii Capelle, Cantorum, & Ministrorum ejusdem Capelle, quarumcumque Nationum eidem Regi servientium, ac Personarum Regalium, & Regie Proles, in illos tantum, qui verè sunt Curiales: Ad hæc dictus Capellanus Major, per se, aut Ministros suos nominare Confessores Re-

gu-

gulares de licentia suorum Superiorum, aut Secularis pro Cura Animarum dicti Palatii, & examinare, seu examinari facere Capellanos, & Clericos servientes dicto Philippo Regi, & Domui Regali in dicta Capella, & Oratorio ad celebrandas Missas, & Confessiones audiendas, ac verbum Dei predicandum, & eis faciendi licentiam, & facultatem: Necnon convocare Predicatores Regulares, & Seculares in dicta Curia, vel extra eam ad predicandum verbum Dei in Capella Regia, & Domo, ubi erit ipse Philippus Rex, & Curia sua, ita ut nullus Ordinarius Loci, in quo dicta Curia, seu ipse Philippus Rex, aut Domus erit, si vè eundo, si vè stando, si vè etiam recreationis causa, predicationem verbi Dei impedire possit: Postremo si eidem Capellano Majori videbitur, considerata decentia, & necessitate, Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, & Extreme-unctionis in Capella Regia, ut ad Infirmos, & Infirmas in dicto Palatio existentes, commodius deferatur, & multis incommodis, quae alias nasci possent, obvictur, reponere liberè, & licentè, ac absque ullo conscientiae scrupulo, aut censurarum Ecclesiasticarum incursum valeat: Non obstantibus quibusvis consuetudinibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac omnibus aliis, quibus praedictus Praedecessor noster in Litteris praedictis voluit non ob stare, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die III. Aprilis millesimo quingentesimo nonagesimo primo, Pontificatus nostri anno primo. Loco ✠ Annuli Piscatoris. M. Vestrius Barbianus. POSTMODUM Gregorius P. P. XV. facultates Capellano Majori concessas ampliavit per suas Litteras sequentes, nempe: Foris: Charissimo in Christo Filio nostro Phi-

XXXVIII.

Bulla Gregorii XV.
in favorem Philip-
pi IV. & Capellani
Majoris, amplians,
& extendens Privi-
legia

legia Regis Capel-
la. Expedita die
IX. Maii, Anno
M.D.CXIII.

Philippo Hispaniarum Regi Catholico. Intus verò:
Gregorius P.P. XV. Charissime in Christo fili
noster, salutem, & Apostolicam benedictionem. Pii
Catholicorum Regum votis, per quæ Divinus Cul-
tus augeri, & Ministrorum Ecclesiasticorum præ-
sertim Capellarum Regiarum servitio adscripto-
rum, status ad Dei gloriam tranquillè, & rectè
dirigi, & gubernari valeat, libentè annuimus,
ac Privilegiis, & Indultis communimus, & aliàs
disponimus, prout conspiciamus in Domino salubri-
tè expedire. Itaque vestigiis Romanorum Pontifi-
cum Prædecessorum nostrorum inherentes, ac sup-
plicationibus Majestatis tuæ nomine, Nobis humil-
itè porrectis inclinati, eidem Majestati tuæ, ut
Archiepiscopus Compostellanus pro tempore exist-
ens, cui, sicut ex insinuatione ejusdem Majesta-
tis tuæ nomine, Nobis nupèr facta, accepimus,
Cura Regiæ Familiæ, Consanguineorum, Affinivum
tuorum, ac omnium Personarum in Curia tua pro
negotiis confluentium, & commorantium, ipsam-
que Curiam sequentium, tamquam Capella tuæ
Capellano Majori ex Indulto Apostolico, aut anti-
qua, & immemorabili consuetudine incumbit, in
quibusvis Civitatibus, Oppidis, & Locis, in qui-
bus dictam Majestatem tuam, tuamque Regiam
Curiam pro tempore residere contigerit continuè,
vel ad tempus, Curam Animarum Familiæ tuæ,
omniumque, & singularum Personarum, tam ex
tuis Regnis, & Dominis originem trahentium, quam
extraneorum Curialium, ac dictam Curiam sequen-
tium, cujuscumque status, gradus, ordinis, &
conditionis, ac præminentie existentium, tam
Ecclesiasticorum, quam Sacularium (Archiepiscopis,
& Episcopis exceptis) exercere, earumque Rectorem
nuncupari, easque corrigere, & visitare, ac in
cas-

eadem, omnimodam jurisdictionem Ordinariam, omniaque, & singula alia, quæ Archiepiscopi, & Episcopi, ac alii Locorum Ordinarii in Diocesis suis de jure, vel consuetudine, aut alias quomodolibet facere, & exercere consueverunt, ac per se, vel alios Ministros suam jurisdictionem Ordinariam exercere, ac Ministros, & Officiales necessarios ad exercendam Apostolica auctoritate hujusmodi, omnimodam jurisdictionem, tam Curie Palatii, quàm uti Judex Capelle hujusmodi, & aliorum prædictorum, qui ab eo, & ejus mandato nominati exercent eorum officia, & jurisdictionem suam, tam in Causis Familiarium, Capellanorum, Servientium Oratoriis Capelle, Cantorum, & Ministrorum, etiam Laicorum ejusdem Capelle, quàm aliarum Personarum, quarumcumque Nationum, Tibi servientium, ac Personarum Regalium, & Regia Proles, in illos tantum, qui verè sunt Curiales, necnon Capellanorum in Ruralibus Domibus, seu Palatiis tuis existentium, nominare: Necnon per se, aut Ministros suos, Confessores Regulares de licentia suorum Superiorum, aut Seculares, pro Cura Animarum dicti Palatii, & Curie etiam nominare, & Capellanos, & Clericos servientes Tibi, & Domui Regali in dicta Capella, & Oratorio ad celebrandam Missas, & Confessiones audiendas, ac verbum Dei prædicandum examinare, seu examinari facere, & eis id faciendi licentiam, & facultatem dare, ac etiam Prædicatores Regulares, aut Seculares in dicta Curia, vel extra eam ad prædicandum verbum Dei in Capella Regia, & Domo ubi Tu, & Curia tua erit, ita ut nullus Ordinarius Loci, in quo dicta Curia, seu Tu, aut Domus tua erit, sivè eundo, sivè stando, sivè etiam recreationis causa, prædi-

M

ca.




ationem verbi Dei impedire possit, convocare:
Insupèr Capellanos, Cantores, & Scholares in dic-
ta Capella pro tempore existentes, propter injec-
tionem manuum violentarum inter se ipsos, ac etiam
in Clericos de dicta Capella non existentes, citrà
tamen membrorum mutilationem, aut enormem le-
sionem, excommunicationis sententiam incurrentes, ab
eadem sententia, satisfactione praviã, & injunc-
tis injungendis, absolvere, ac cum ipsis super Ir-
regularitate, si quam, hujusmodi sententiis liga-
ti, Missas, & alia Divina Officia, non tamen
in contemptum clavium, celebrando, aut illis se
immiscendo, contraxerint, dispensare, omnemque
inhabilitatis, & infamie maculam, sivè notam,
per eos propterea contractam, abolere: Et Infan-
tes, & Turcas, & Saracenos, qui in presentia tua
ex quavis causa pro tempore baptizabuntur, bap-
tizare: Ac Tibi, & tuis Filiis, reliquisque in
Domo tua pro tempore servientibus, & residenti-
bus, aliisque dicte Curie Curialibus, Penitentia,
& Eucharistia, ac alia Sacramenta, etiam in Euf-
so Resurrectionis Domini nostri Jesu-Christi, abs-
que alicujus licentia ministrare, seu ministrari
facere: Necnon idem Capellanus Major, Te, &
omnes Curiales, & quoscumque alios Curiam se-
quentes tuam, ab omnibus, & singulis delictis, ex-
cessibus, & criminibus, etiam casibus Episcopali-
bus, injunctis injungendis absolvere, & Interdi-
ti tempore, Ecclesiastice sepulture tradere: Quod-
que pro se, & aliis Capellanis prædictis, in qua-
cumque Ecclesia, etiam Ordinum Fratrum Mino-
rum, ad quem Te pro tempore declinare contige-
rit, dummodo in ea ipsi Capellani, & Cantores
Divina Officia celebrent, & cantent, oblationes,
etiamsi de mana tua, tuorumque Filiorum, seu
Fr-

Filiarum procedant, prout in dicta Regia Capella, recipere: Necnon quacumque Matrimonia, que in presentia tua contrahentur, solemnizare: Ac predictus Capellanus Major, in Episcopali Dignitate constitutus tantum, omnibus, & singulis interessentibus Missarum solemnibus, & verbi Dei predicationi in tua presentia, verè pœnitentibus, & confessis, ducentos dies de injunctis eis pœnitentiis, misericorditèr in Domino, in forma Ecclesie consueta, relaxare: Utique omnium, & singulorum Christi Fidelium in Curia tua, ubicumque residetis, continuè, vel ad tempus pro tempore commorantium, per se, vel alium, seu alios per eum ad id deputandos, à suo (si Curiales non fuerint) Ordinario approbatus, confessiones audire, eosque à peccatis absolvere, injunctis iisdem pro commissis pœnitentia salutari, & injungendis aliis: Necnon tam ipse, quàm ab eo deputatus Presbyter Sæcularis, vel cujusvis Ordinis de suorum Superiorum licentia Regularis, pariter à suo (si non fuerit Curialis) Ordinario approbatus, omnium, & singulorum in Hospitali tuæ Curie existentium, confessiones similiter audire, eisque Sacramenta Ecclesiastica ministrare, & mortis articulo omnium peccatorum suorum absolutionem, injunctis pariter injungendis, impendere: Ac Parochialem Ecclesiam viciniorè Palatio, ubi Te pro tempore morari contigerit, & si fuerint duæ Parochiales Ecclesie, æquè vicina dicto Palatio, alteram quam maluerit eligere, in eaque, tam Capellanus Major, quàm Persona ab eo ad Animarum Curam deputata, liberè ingredi, & exinde Sacramenta predicta accipere, & sibi Subditis ministrare, ac ad infirmos tuæ Curie deferre, & Monitiones Matrimoniales suorum Subditorum, juxta Decreta dicti Concilii

pu-

publicari facere, eosque Matrimonio (sine tamen
præjudicio jurium Parochi) conjungere: Præterea,
si eidem Capellano Majori videbitur, considerata
decentia, & necessitate, Sanctissimum Eucharistiæ
Sacramentum, & Extrema-unctionis in Capella Re-
gia, ut ad Infirmos, & Infirmas in dicto Palatio
existentes, commodius deferatur, & multis incom-
modis, quæ aliàs nasci possent, obvietur, repone-
re liberè, & licitè, & absque ullo conscientia scrupulo,
aut Censurarum Ecclesiasticarum incursum
valeat, licentiam, & facultatem auctoritate Aposto-
lica tenore præsentium concedimus, & indulgemus.
Ad hæc, ut quicumque Locorum Diocesani,
& alii Ordinarii Judices in Majorem, & Capellanos,
Cantores, & Scholares prædictos acta inser-
vientes, & consueta stipendia percipientes, quos
ab illis prorsus, & omninò eximimus, & totalitèr
liberamus, & quoad Majorem Sedi Apostolicæ im-
mediatè, quoad alios verò Capellanos, Cantores,
& Scholares hujusmodi dicto Capellano Majori
subesse decernimus, nullam penitus superioritatem,
dominium, & jurisdictionem exercere, nec se de il-
lis quomodolibet intromittere valeant, sed prædic-
ti Capellani, Cantores, & Scholares, coram ipso
Capellano Majori, seu Legatis, aut Delegatis dic-
tæ Sedis, dumtaxat teneantur de justitia respon-
dere: Insupèr, ut Capellani, Cantores, & Scholares
servientes prædicti, à quocumque maluerint
Catholico Antistite, gratiam, & communionem
Apostolicæ Sedis habente, Ordines Sacros, statutis
ad id à jure temporibus, successivè accipere, dic-
tique Capellani, etiam Religiosi, Missas, Horas
Canonicas, & Divina Officia, etiam Te absente,
juxta tamen ritum Romanæ Curie, & in dicta
Capella tantum, tam alii Capellani, quàm Cantores,
res,

res, & Scholares dicere, recitare, & canere, eademque Horas Canonicas, ex causa tamen, & infra diei terminum, ac privatim, non autem in ipsa Capella, anticipare, & postponere, ac in Festo Sanctissimi Corporis Christi, & per ejus Octavam, Sanctissimum Eucharistia Sacramentum in eadem Capella, cum debitis honoribus, & reverentia, tenere; ac in quinta, & sexta majoris hebdomadae feriis, idem Sanctissimum Eucharistia Sacramentum, in dicta Capella, in Sacrario, sive Urna reponere, & ad morem patrie Monumentum, seu Tumulum nuncupatum, cum luminariis facere, & tenere: Necnon coram Te, Missas, etiam antequam elucescat dies, circa tamen diurnam lucem, ac per unam horam post meridiem celebrare: Quodque Persona loco Archiepiscopi Compositellani Capellani Majoris, ut infra deputanda, necnon triginta ex Capellanis praefatis, non tamen Praebendas Theologales, & Pœnitentiales obtinentes, fructus, redditus, & proventus quorumcumque Beneficiorum suorum Ecclesiasticorum, etiamsi Canonicatus, & Praebendae, Dignitates, Personatus, Administrationes, vel Officia fuerint, cum ea integritate (distributionibus quotidianis exceptis) percipere possint, cum qua illos perciperent, si in eisdem Ecclesiis personaliter residerent, nec ad residendum interim in eisdem teneantur, auctoritate, & tenore similibus etiam concedimus. Insuper, ut Christi Fideles Curiales tui, de licentia ipsius Capellani Majoris dumtaxat, quemcumque idoneum Presbyterum Sæcularem, vel cujusvis Ordinis Regularem approbatum ab Ordinario, si Curialis non fuerit, in suum possint eligere Confessorem, qui eorum confessionibus diligentè auditis, eos à peccatis absolvere, & pro commissis pœnitentiam salu-

N


latarem, & alia injungenda injungere, & Sacra-
menta prædicta, etiam in die festo Resurrectionis
Dominicæ ministrare possit: Utque Capellani, Can-
tores, & alia Ecclesiasticæ Personæ deputandæ ad
informationes faciendas super puritate sanguinis
admittendorum in Capellam hujusmodi, Testes per
Censuras Ecclesiasticas compellere possint, juxta
Sacrorum Canonum dispositionem, auctoritate, &
tenore prædictis pariter indulgemus. Atque hæc om-
nia, & singula moderno, & pro tempore existenti
Archiepiscopo Compostellano, tamquam dicte Ca-
pella Capellano Majori, quandiu, & quoties in
dicte Curia personaliter residerit, & ab eadem
Curia absente, seu in illa non residente, Personæ
in Presbyteratus ordine constitutæ, per Te, toties
quoties Tibi visum fuerit, nominandæ, & per
suum Ordinarium approbandæ, quam Nos ex nunc,
prout ex tunc, postquam per Te nominata, & à
suo Ordinario approbata fuerit, deputamus, &
approbamus, quæ durante absentia dicte Archiepis-
copi à Curia prædicta in quibusvis Civitatibus,
Oppidis, & Locis, in quibus Te, tuamque Curiam
Regiam tempore residere contigerit, omniaque, &
singula alia, quæ Archiepiscopi, & Episcopi, &
alii Locorum Ordinarii in Diocæsis suis de jure,
vel consuetudine, vel aliàs quomodolibet facere, &
exercere consueverunt, citrà tamen exercitium Pon-
tificæ aliam, & Ordinum, ac Beneficiorum collatio-
nem, exercere liberè, & licitè: Quodque omnibus,
& singulis gratiis, favoribus, præ eminentiis, &
indultis, quibus dicte Archiepiscopus dum in tua
Curia residet, ratione dicte Officii Capellani Ma-
joris gaudet, fruatur, & utitur, ac gaudere, uti,
& frui quomodolibet potest, gaudere, uti, frui
possit, & valeat pariformitèr, & æquè principa-
li-

litr: Ac Tibi Personam hujusmodi nominandi, & eligendi plenam, & omnimodam facultatem Apostolica auctoritate tenore presentium concedimus, & indulgemus. Presentes quoque Litteras de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostra, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel invalidari nullatenus posse, sed illas validas, & efficaces existere, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, sicque, & non aliter per quoscumque Judices quavis auctoritate fungentes, etiam Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, subblata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & desiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Quo circa Venerabilibus Fratribus Segobienfi, & Abulensi Episcopis, ac dilecto filio nostro, & Sedis Apostolicae in Regnis Hispaniarum commoranti Nuntio, per presentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios quoties pro parte Majestatis tuae, seu alicujus ex Capellanis, vel Cantoribus, & Scholaribus praedictis fuerint requisiti, solemniter publicantes, Tibique, & illis in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra Majestatem tuam, ac Capellanos, vel Cantores, & Scholares praedictos, praemissorum omnium, & singulorum effectum pacifice frui, & gaudere, non permittentes Majestatem tuam, aut illos desuper à quoquam quomodolibet indebitè molestari, contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia,

ap-

appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii Secularis. Non obstantibus felicitis recordationis Bonifacii Papae VIII. Praedecessoris nostri, qua cavetur, ne quis extra suam Civitatem, vel Diocesim, nisi in certis causis, & certis casibus, & in illis ultra unam dietam à fine suae Diocesis ad iudicium evocetur, & de duabus dietis in Concilio generali editis (dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium ad iudicium non trahatur) ac aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis Statutis, & Consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis per quoscumque Romanos Pontifices, etiam Praedecessores nostros, ac Nos, & dictam Sedem, etiam per viam generalis Legis, ac Statuti perpetui, ac motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolica potestatis plenitudine, etiam cum quibusvis irritantibus, annullativis, cessativis, revocativis, praeservativis, exceptivis, restitutivis, declarativis, mentis attestativis, ac derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, quomodolibet, etiam pluries concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut exquisita forma servanda foret, & in eis caveatur expressè, quod illis nullatenus derogari possit, illorum, ac omnium, & singularum Litterarum praedictarum, tenore praesentium pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum in-

inſerſis, necnon modos, & formas ad id ſervan-
das, pro individuo ſervatis habentes, hac vice
dumtaxat, illis alias in ſuo robore permanſuris,
harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus,
contrariis quibuſcumque. Volumus autem, quod
preſentium Litterarum traſumptis, manu alicujus
Notarii publici ſubſcriptis, & Sigillo alicujus Per-
ſone in Dignitate Eccleſiaſtica conſtituta, munitis,
eadem prorsus fides adhibeatur ubique in judicio,
& extra illud, que preſentibus adhiberetur, ſi
forent exhibitæ, vel oſenſæ. Datum Romæ apud
Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcato-
ris, die nona Maii M.D.CXXIII. Pontificatus
noſtri anno tertio. S. Cardinalis Sanctæ Sufanæ.
POSTMODUM Clemens PP. XI. ad ſuplicatio-
nem claræ memoriæ Philippi V. dum vixit earum-
dem Hiſpaniarum Regis Catholici, Indulta Capel-
lano Majori prædicto extendit, & ampliavit per
alias ſuas Litteras tenoris ſequentis; videlicet:
Foris: Chariffimo in Chriſto filio noſtro Philippo
Hiſpaniarum Regi Catholico. Intus verò: Clemens
PP. XI. Chariffime in Chriſto fili noſter, ſalu-
tem, & Apoſtolicam benedictionem. Piis Catholico-
rum Regum votis, per que Divinus Cultus auge-
ri, & Miniſtrorum Eccleſiaſticorum, præſertim
Capellarum Regiarum ſervitio adſcriptorum, ſta-
tus ad Dei gloriam tranquillè, & rectè dirigi, &
gubernari valeat, libenter annuimus, ac Privile-
giis, & Indultis communimus, & alias diſponimus,
prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.
Itaque veſtigiiſ Romanorum Pontificum, Prædeceſ-
ſorum noſtrorum, inhærentes, ac ſuplicationibus
Majeſtatis tuæ nomine, Nobis ſuper hoc humili-
tè porreſtis, inclinati, eidem Majeſtati tuæ, ut
Archiepiſcopus Compoſtellanus pro tempore exiſtens,
cui

XXXIX.

Reſcriptiſ Clomen-
tis XI. amplians,
extendens, & robo-
rans Indulta, & Pri-
vilegia diſpenſata
Capellano Majori,
& Regiæ Capellæ.
Datum die XXIII.
Menſis Julii, anno
M.DCC.XVI.

cui sicut ex insinuatione ejusdem Majestatis tue nomine Nobis nupèr facta accepimus, Cura Regiæ Familiæ tuæ, Consanguineorum, Affiniam tuam, ac omnium Personarum in Curia tua pro negotiis consuentium, & commorantium, ipsamque Curiam sequentium, tamquam Capellæ tuæ Capellano Majori ex Indulto Apostolico, aut antiqua, & immemorabili consuetudine incumbit, in quibusvis Civitatibus, Oppidis, & Locis, in quibus dictam Majestatem tuam, tuamque Regiam Curiam pro tempore residere contigerit continui, vel ad tempus, Curam Animarum Familiæ tuæ, omniumque, & singularum Personarum, tam ex tuis Regnis, & Dominis originem habentium, quam extraneorum Curialium, ac dictam Curiam sequentium cujuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis, ac præminentie existentium, tam Ecclesiasticorum, quam Secularium (Archiepiscopis, & Episcopis exceptis) exercere, earumque Rectores nominari, easque corrigere, & visitare, ac in eisdem, omnimodam jurisdictionem Ordinariam, cœniamque, & singula alia, quæ Archiepiscopi, & Episcopi, ac alii Locorum Ordinarii in Diocessibus suis de jure, vel consuetudine, aut aliis quomodolibet facere, & exercere consueverunt, ac per se, vel alios Ministros suam jurisdictionem Ordinariam exercere: Necnon Ministros, & Officiales necessarios ad exercendam, Apostolica auctoritate hujusmodi, omnimodam jurisdictionem, tam Curie Palatii, quàm uti Judex Capellæ hujusmodi, & aliorum prædictorum, qui ab eo, & ejus mandato nominati, exercent eorum officia, & jurisdictionem suam, tam in causis Semiliarum, Capellanorum, Servientium Oratorii Capellæ, Cantorum, & Ministrorum, etiam laicorum ejusdem Capellæ, quàm

quàm aliarum Personarum quarumcumque Nationum Tibi servientium, ac Personarum Regalium, & Regiæ Proles, in illos tantum, qui verè sunt Curiales, necnon Capellanorum in Ruralibus Domibus, seu Palatiis tuis existentium, nominare. Necnon per se, aut Ministros suos, Confessores Regulares de licentia suorum Superiorum, aut Sæculares pro Cura Animarum dicti Palatii, & Curia etiam nominare, & Capellanos, & Clericos servientes Tibi, & Domui Regali in dicta Capella, & Oratorio ad celebrandum Missas, & Confessiones audiendas, ac verbum Dei prædicandum examinare, seu examinari facere, & eis id faciendi licentiam, & facultatem dare: Ac etiam Prædicatores Regulares, aut Sæculares in dicta Curia, vel extra eam ad prædicandum verbum Dei in Capella Regia, & Domo, ubi Tu, & Curia tua erit; ita ut nullus Ordinarius Loci, in quo dicta Curia, seu Tu, aut Domus tua erit, frivè eundo, frivè stando, frivè etiam recreationis causa, prædicationem verbi Dei impedire possit, convocare: Insupèr Capellanos, Cantores, & Scholares in dicta Capella pro tempore existentes, propter injectionem manuum violentarum inter se ipsos, ac etiam in Clericos de dicta Capella non existentes, citrà tamen membrorum mutilationem, aut enormem lesionem, excommunicationis sententiam incurrentes, ab eadem sententia, satisfactione prævia, & injunctis injungendis, absolvere, & cum ipsis super Irregularitate, si quam hujusmodi sententiis ligati, Missas, & alia Divina Officia, non tamen in contemptum clavium, celebrando, aut illis se immiscendo contraxerint, dispensare; omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam, frivè notam per eos propterea contractam, abolere: Et

In-



